uida regum adiuuenit discrecio, vt suis gesta temporibus nego-  
cia perpetue traducenda memorie, ne processu temporis a sui

tenoris constancia possit recedere, litterarum testimonio commendentur, auctoritatis regie cyrographo (igy) confirmata. Hinc est, quod terram quandam, nomine *zbehleb*, cuius partem fratres strigoniensis ecclesie iusto iuris titulo ab antiquo possidebant, partem vero, quam a castris *Blondich* et *Hunt* exceptam, ex donacione fratris nostri bone memorie regis *Heymerici* (igy) Ludugerius comes in recompensacionem suorum seruiciorum ei collatam possederat, eo defuncto, a filio eiusdem Ludegerii *Herruino*, et Herruini socero Detrico ex beneplacito ipsorum uendere uolentibus, ne aliquis alienus interueniens posset eos disturbare, memorati fratres, nobis scientibus et assensum prebentibus, nonaginta Marcis compararunt. Cuius terre prima meta incipit versus *Lvzna pothok*, cadit in flumen *lubus*, Inde tendit ad ortum fluminis, quod wlgo dicitur *Megez pothok* et inde *Lagkv*, Deinde iuxta montem *Plesca* transeundo, venit ad *Lubus pothok* et sic per flumen redit ad priorem metam. Nolumus eciam silencio preterire, quod ad preces memoratorum sepius fratrum, hominibus, super dictam terram commorantibus, talem concessimus libertatem, vt nusquam per totum *comitatum Hunt*, scilicet nec in foris, nec in pontibus, nec in aliis locis tributum soluere tenantur. Vt autem et hec a nobis facta concessio et memorare rei series, nostro mediante consensu gesta legitime, nec nostris, nec nostrorum successorum temporibus ualeat retractari; ad peticiones utriusque partis supranominate, ementis scilicet et uendentis, presenti eas pagina in noticiam deduci posterorum et sigilli nostri munimine in perpetuum iussimus roborari. Datum per manus *Clety* aule regie cancellarii et agriensis prepositi. Anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XX<sup>o</sup>II<sup>o</sup>. Venerabili Johanne Strigoniensi, Reuerendo Vgrino colocensi archiepiscopis existentibus. Desiderio cenadiensi, Roberto vesprimensi, Thoma agriensi, Stephano Zagrabiensi, Bartholomeo Quinqueecclesiensi, Cosma geuriensi, alexandro Waradiensi, Brichtio Waciensi ecclesias feliciter gubernantibus, Nicolao palatino et comite supruniensi, Ochuz bano, Paulo Woiawoda, Dionisio magistro tawarnicorum et comite Bachienensi, Bancone curiali comite regis et comite Budrugieni,

**Demetrio senescalco et comite Woswariensi existentibus. Regni nostri anno XIXº.**

Hártyán igen szépen irva. A pecsét zsinórostól elveszett. — Lad. 15. fasc. 2. Nro. 3. — Eddig kiadatlan.

34.

1222. — Detrik zólyomi föispány és Herduin *Szebeléb* földet 100 ezüstmárkán az esztergomi káptalannak eladják, mely összegből 20 márkat misékre ajánlanak fel.

A      B      C      D

*Detricus comes de Zvolon et Herduinus filius Beduguerij omnibus, ad quos littere presentes peruenerint, significamus, quod nos totam terram de Zebeleb, que ad predictum Reduguerum pertinebat, Capitulo Strigoniensi sub testimonio litterarum Andree illustris Regis Hungarie uendidimus perpetuo possidendum, pro summa centum marcarum argentj, de quibus decem Marcas eidem Strigoniensi ecclesie indulsimus pro remedio anime eiusdem Reduguerij, et decem marcas pro remedio anime nostre, ita; ut tam in ipsius anniversario, quam nostro, singulis annis in eadem ecclesia fieret memoria in oracionibus. Reliquum uero pecunie predicte, scilicet LXXX Marcas argentj, confitemur nos a prefato Capitulo ante festum omnium sanctorum totaliter et plenissime recepisse. Ut ergo nemo in posterum per aliquam calumpnie speciem contra prefatum Capitulum super hoc ualeat insurgere; confessionem nostram, coram fratribus sancti Stephani regis de Strigonio publicatam et presentibus litteris inscriptam, eorundem testimonio et sigillo exegimus roborari. Factum anno verbi incarnationis M<sup>0</sup>CC<sup>0</sup>XX<sup>0</sup> secundo.*

Hártyán szépen irva. A pecséttöredék veres selymen függ. — Lad. 15. fasc. 2. Nro. 2. — Rövid kivonata Fejérnél III. I. 392. l.

35.

1222. körül. — II. Endre király felmentvén *Szebelébet* minden vám alól, meghagyja mindenkinnek, hogy e helység lakosaitól Hont megyében vámot követelni ne merészelen.

*A(ndreas) dej gracia Hvngarie Rex, omnibus, ad quos littere presentes peruenerint, salutem. Vniuersitatj vestre si-*

gnificamus, quod considerata fidelitate Capitulj strigoniensis, villam Capitulj strigoniensis in *Hvntensi parrochia*, que *Szebeh-leb* appellatvr, ab omnj tributo exemimus in eodem comitatv. Quare districte precipimus, quatenus nullus super hospites uel alios homines eiusdem ecclesie in eadem villa commorantes, tributum in aliquo foro, uel loco Huntiensis comitatus recipere presumat; quod si fecerit, indignacionem regiam se nouerit incursurum.

Kis háryaszleuten igen szépen írva. A pecsét szinte háryaszleuten függött. — Lad. 15. fasc. 2. Nro. 9. — Endre király, mint a 33. szám tanúsítja, 1222. évben adta e vámmentességet e helységek s így jelen okmányunk i's ez évben kelhetett.

## 36.

1223. — János mester és az esztergomi kereszesek konventje bizonyítja, hogy az esztergomi káptalan *Chepán* által, qui se pristaldum Jule comitis Palatinj esse asserebat, perbe fogta a nádor előtt öt ekényi földért homines de villa *Buruth* (Fejér: Duruch = Dorogh) s miután ezek a káptalan ebbeli jogát elismerték s a határelkülönítésnek történni kellett volna; akép egyezkedtek a felek, ut de (Fejér: dicta) terra campestri ad Quinque aratra et preterea de terra culta ad uigintj Quinque iugera absque metis, sub testimonio litterarum, prefatj canonici in villa prefata possiderent. Ez egyezségbe begyeztek a káptalan nevében *Salomon decanus et Paulus succendor*, a helységbeliiek nevében pedig: *Bebus* (Fejér: Debus), *Vz, Arva, Povka, Budov et Budurog*.

A pecsét háryazsinórón függött. — Lad. 41. fasc. 1. Nro. 1. — Fejérnél III. I. 427. l. — Küljén e kérdéses föld régi kézről *Burd* —, újabbtól pedig *Buruth* és *Dorogh*-nak iratik.

## 37.

1225. február 13. csütörtökön. (Laterani Idus Febr. P. n. a. Nono.) — III. Honorius pápa a magyar püspöki karhoz írt hosszasb levelében a sz. Benedek rendieket évenkinti káptalanok tartása által akarja szabályaik megtartására visszavezetni.

A nyitrai káptalannak 1327. évi átiratából. — Lad. 44. Fasc. 1. Nro. 14. — E valóban remek szerkezetű okmányt, mely gyönyörűen alkalmazza felvett tárgyára a sz. irat szavait és eszméit, kiadta Fejér. III. II. 19. l.

## 38.

1225. — A bélai lakosok a pör megkezdése előtt elismertik az esztergomi keresztesek előtt, hogy határjukban csak ugyan bir az esztergomi káptalan három ekényi földet.

Quoniam labilis est hominum memoria et rerum turbe non sufficit; solent ea, que inter homines siue in iudicio, siue extra iudicium legitime geruntur, litterarum testimonio commendari et scripture memoria perhennari. Hinc est, quod ego *Herbrandus* magister Hospitalis domus sancti Stephani Regis Hungarie de Strigonio, meique fratres; videlicet *Hemericus Decanus, Visuntinus Custos, Thomas* et ceteri fratres eiusdem domus, tam *Clerici, quam laicij*, ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, Quod constitutis in presencia eosta Canonycys Strigoniensibus, ab vna parte, hominibus de villa Bela; videlicet *Bodun, Chefun, Ciba, Topsa, Ylario, Doncus, Gude et Both*, pro tota eadem villa, ab altera, proposuerunt dicti homines, quod cum dicti Canonici Terram ad tria Aratra, quam in villa ipsorum habebant, ab ipsis repeterent et ipsi inficiantes eandem reddere dissimularent; Canonici ordine iudiciario dictam terram ab ipsis requirere intendebant; videntes igitur ipsi, quod tantum ius ecclesie beati Adalberti absque magno sui dampno et animarum suarum graui periculo celare non possent, recognouerunt ante litis ingressum, eandem ecclesiam habere terram ad tria aratra in villa ipsorum, preter terram ad vnum aratrum in eadem villa, quam a Cosma, filio Comitis Paschasij, eidem ecclesie olim dicebant esse collatam; et hec omnia coram nobis homines supradicti pro tota villa sunt confessi. Ne igitur super hijs inter ipsos et ecclesiam questio oriatur in posterum; ad petitionem utriusque partis presentem Paginem (igy) conferimus in testimonium, sigilli nostri munimine Roboratam. Anno ab incarnatione domini M<sup>mo</sup> C<sup>o</sup>C XX<sup>mo</sup> quinto.

Ugyane kereszteseknek 1340. évi átiratából. — Lad. 24. Fasc. 1. Nro. 9. — Eddig kiadatlan. — Küloldalán ugyanazon kézről, mely az okmányt írta, e szavak olvashatók: „Priuilegium super possessione, seu terra Bela de ante Strigonio. — Ez okmány már csak azért is nevezetes, mert ez évből igen keveset ismerünk, s mert a keresztesek akkori elüljárót névszerint megemlíti.

## 39.

1225. — Wendégi eladja *Epelen* levő birtokjogát Epeli Bencze- és fiának ötödfél ezüstmarkán az esztergomi káptalan előtt.

*Nicolaus prepositus Strigoniensis et eiusdem loci Capitulum omnibus, ad quos littere presentes peruererint, oraciones in domino. Vniuersitati uestre significamus, quod constitutis in nostra presencia *Wendegy de villa Epely*, ab una parte, Benedicto et filio eius *Muthud* de eadem villa, ab altera, proposuit dictus *Wendegy*, quod ius, quod habebat in dicta villa epely, tam in terra, quam in feneto, quam eciam in siluulis, que vulgo *Horosth* (haraszt) dicuntur, de uoluntate uillanorum suorum, prefato Benedicto et filio eius *Muthud* pro IV. Marcis argenti et dimidia totaliter uendidisset, perpetuo possidendum et de precio plenissime sibi satisfactum esse confessus est. Hijs a uenditore propositis, VI homines de eadem villa, uidelicet: *Jacobus, Petha, Cheta, Mogd, Bescha, Chumov*, ex parte uillanorum transmissj, ut dicebant, prefatum contractum ipsis consencientibus inter partes factum esse protestatj sunt. Postulauerunt ergo omnes communiter, ut super hoc facto litteras concederemus testimoniales, sigillj nostrj munimine roboratas. Quod et fecimus. Anno ab incarnatione dominj M<sup>0</sup>CC<sup>0</sup>XX<sup>0</sup>V<sup>0</sup>. Datum per Manus magistrj *Benedictj* Lectoris Strigoniensis.*

A.           B.           C.           D.

A pecsétörök hártyaszinegen függ. — Lad. 26. fasc. 1. Nro. 1. — Eddig kiadatlan.

## 40.

1226. — A barsi várjobbágyok, miután a *gornuchai* vám-nak harmadrészét a sz. benedeki konventtől megtagadták, ezért a felek a király által kirendelt biráktól *párbajra* itéltettek, a párbaj napján e vámharmadot a konventnek átengedik, miről az esztergomi káptalan okmányt meneszt ki.

A pecsét sárga selymen függött — két példányban (Lad. 40. fasc. 1. Nro. 4 és 5.) van meg, melyeken az elővigyázatból odairt A. B. C. D. betűk egyiken felül, másikon alul fordulnak elő se két okmány összetevésé után e betűk is összeillenek, jeleül, hogy ez okmány, mint akkor divatban volt, egy

hártyára kétszer iratott le s közséje iratván ama betík, középen szétvágattak, s az egyik okmány a feleknek adatott, a másik pedig a levéltárba tételett. — Fejér közli egészen III. II. 93. l., még pedig ez egyszer hibátlanul, kivevén, hogy a 94. l. vég sorában manus után kihagyta: *Magistri. A VII. V. 236. la-*pon pedig kivonatban közli, hol azonban *Gorniucha helyett Gorincha-t* ír.

## 41.

1227. — Béla ifju király az esztergomi káptalannak *Aranyos Vinczen* négy telket adományoz.

Bela dej gracia Rex primogenitus Regni Hungarie omnibus xpi. fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens inspecturis, salutem et graciam. Cum ecclesia, que mater est omnium, per regum . . debeat sublimari; Ad uniuersorum noticiam volumus peruenire, quod cum *Strigoniensis ecclesia, quia ab ipsa, tamquam a matre ceterarum et magistra, ecclesiastica receperimus sacramenta, prerogatiua gaudere debeat speciali,* concessimus ad petitionem fratrum eiusdem ecclesie in ultrasiluanis partibus quatuor mansiones castrensum, in predio eorundem, quod *Oranas Winc* appellatur, commorantes et ad *comitatum Torda* spectantes, scilicet *Bicca* et *Nel* cum alijs duobus socijs eorum, ut dicte ecclesie secundum suam libertatem seruirent. Ut autem hec nostra concessio irretractabilj gaudeat libertate, nec per alicuius suggestionem possit in irritum reuocari; litteras nostras presentes capitulo concessimus, nostri sigilli munimine Roboratas. Datum per manus *Mathie* prepositi Zagrabiensis Aule nostre cancellarij. Anno M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVII<sup>o</sup>. *Sous* magistro tauarnicorum nostrorum et comite Albensi et *Soula* vojuoda existentibvs.

A pecsét hamuszinü selymen függött. — Lad. 66. fasc. 1. Nro. 3. — Eddig kiadatlan.

## 42.

1228. — A budai káptalan, *Nána* földnek az esztergomi káptalan és a *berki* lakosok között történt felosztásáról tanuskodik.

A. B. C. D. E. F. G. H.

In Nomine domini nostri ihesu xpi. Nos Fratres Bu-denses, uidelicet cantor Johannes, custos Jonas, decanus Si-

mon, Sacerdotes uero *Petrus Chananeus*, *Petrus Dyonisij Grzinus* et ceteri Notum facimus vniuersis, quibus presentes littere patuerint, quod accedens ad presenciam nostram Ambrosius sacerdos et canonicus Strigoniensis ex parte eiusdem capituli, ab una parte et ab altera *Csom*, *Kuka*, *Joanz*, *Beztir*, *Lanzko*, *Rapolt*, *Nana*, filius Nane, de *villa Berky*, pro se et pro suis cognatis, proposuerunt partes communiter, quod de terra *ville Nana*, que ad ipsos communiter pertinebat, talis inter eos facta est diuisio, quod fundus illius ville a loco, qui *Sothut* dicitur, qui a *goron* transit per magnam foueam, per metas diuiditur per medium usque ad magnam uiam, per quam itur in *Bors* et huius fundi pars, que est uersus *Strigonum*, pertinet ad capitulum *Strigon*, pars uero, que est uersus *ecclesiam sancti Galli*, pertinet ad prefatos *Jobaiones* (igy), preter tres fundos molendinarium capituli, qui sunt in parte *Jobaionum* super *Goron*, quos fundos diuidit a parte ipsorum *salix* et meta posita iuxta *Sohtut*. Item culta terra eiusdem ville, que uulgo *Teluc* dicitur, et fenetum, quod eidem terre adiungitur, per metas diuisa sunt per medium a prefata uia, qua itur in *Bors*, usque ad prefatam foueam, que est uersus *Goron* et huius diuisionis pars, que conterminalis est metis filiorum *Paulj*, pertinet ad capitulum, Pars uero, que est uersus *ecclesiam sancti Galli*, pertinet ad prefatos *Jobaiones*. Item nemus diuiditur per metas a loco, vbi supra foueam sunt tres mete terree directe ad *quercum*, in qua est signum et inde usque ad portum *Bam*, qui est circa *Goron*, et huius diuisionis pars superior pertinet ad predictum capitulum, inferior uero pars pertinet ad dictos *Jobaiones*. Item terra campestris, que est ultra dictam uiam *Bors*, diuiditur per medium, cuius ea pars, que est uersus *Strigonum*, pertinet ad capitulum; Pars uero, que continuatur terre filiorum *Paulj*, pertinet ad *Jobaiones*, qui ex ea parte pro remedio animarum suarum et progenitorum suorum terram ad tria aratra contulerunt ecclesie beati *Adalbertj*, in eo loco, vbi illa terra continuatur terre filiorum *Paulj*. Preterea terra, que circuit *forascolere* et salices, que incipiunt a fine fouee, vbi meta nemoris *Jobaionum* terminatur et directe ad *Goron* protenditur usque ad nemus *Dominici cantoris*, quod specialiter ad capitulum pertinet,

sunt communes. Item parue insule, que sunt inter Goron, sunt communes. Item pratum, quod est sub predicto nemore capitulo usque ad metas populorum Tadej, est commune. Loca uero molendinorum sunt communia. Vt autem istud ratum et firmum permaneat et nulla calumpnia suboriri ualeat; ex consensu utriusque partis presentes litteras, ad petitionem ipsorum Alfabeto diuisas et sigilli nostri munimine roboratas sub testimonio nostri capitulo concessimus. Actum Anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVIII<sup>o</sup> regnante glorioso rege Andrea, filio quoque ipsius rege Bela, Rudberto (Róbert esztergom) archiepiscopo presidente, Petro Bvdensi preposito existente.

A már elkopott pecsét háryazsinegen függ. — Lad. 31. fasc. 1. Nro. 2. — Eddig kiadatlan. — Fejér bizonysan ez okmány érti ezen szavakkal: „Capitulum Budense de transactione peracta testatur inter diuersos A. 1228. III. II. 151. l.

## 43.

1229. — II. Endre király a szentbenedeki apátságnak *udvardi* jobbágait felmenti a helyben fizetendő vámtól s megengedi, hogy egyéb vámhelyeken csak felét fizessék.

A. dei gracia rex Hungarie Omnibus, ad quos presens scriptum peruererit, salutem et Omne bonum. Ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod nos piis antecessorum nostrorum uestigiis, atque statutis inherere cupientes, populos ecclesie nostre *de Gron*, in uilla *Wduord* constitutos, ab omni tributo, quod in ipsa eadem uilla deberent soluere, liberauimus. Ita tamen, quod in aliis locis, ubi tributa exigenda sunt, dimidiā particulam tributorum solummodo persoluant. Et ut huius rei series nullis unquam temporibus possit retractari, presentem paginam sigilli nostri munimine per Manus *Bulch*, aule nostre cancellarii Geuriensisque prepositi fecimus roborari. Anno dominice Incarnationis M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXVIII<sup>o</sup>.

A pecséttörédék veres és hamuszintű selymen függ. — Lad. 40. fasc. 1. Nro. 6. — Eddig kiadatlan.

## 44.

1230. — Lörincz esztergomi pénzverőnek neje és fia eladják tatai részbirtokukat Florentin szebeni prépost- és esztergomi kanonoknak az esztergom káptalan előtt.

Thomas prepositus et Capitulum Strigoniense omnibus, ad quos littere presentes peruenerint, oraciones in domino. Vniuersitati uestre significamus, quod mulier quedam, *Almanda nomine, filia Danielis, uxor quandam Laurencij latini, auri maliatoris<sup>\*)</sup>* de *Strigonio*, et *Perrin* filius eiusdem Laurencij, cum *Florentino preposito Scibiniensi, nostro concanonico*, coram nobis constituti; terram ad vnum aratrum, quam habebant *ultra Danubium in villa Thata iuxta Gron*, tam illam, quam secum, cum ad coniugium ipsa transiit, tulerat, quam eciam illam, que a patre predicti Perrin fuerat empta, cum suis pertinencijs, cum nostro et Villanorum consensu uendiderunt prefato preposito pro sex Marcis argenti et dimidia perpetuo possidendum, cuius precium ab eodem preposito coram nobis plenarie receperunt. Preterea est quedam terra in eadem uilla non partificata, de qua prepositus habebit in porcione sua, quantum alij duo homines de uilla; cum autem contigerit eam partificari, equali gaudebit porcione, qua et alij duo homines in pratis et in pascuis et in ripis, in montibus et in uallibus, spectantibus ad eandem uillam. Preterea predictus prepositus habebit *ante ecclesiam sancti Mauricij* duas mansiones et duas plateas ad duo molendina edificanda et duas mansiones in longum ripe (parthosszában). Preterea idem prepositus habebit duo prata feneti circa Granam et unum ultra Granam. Est eciam supra Granam quoddam *Buscagium<sup>\*)</sup>*, de quo dictus prepositus habebit tantam partem, quantam alij duo homines habent de uilla. Ut igitur hec, coram nobis legitime acta, perpetue firmitatis robur obtineant; ad petitionem uenditorum prefato preposito litteras super hijs concessimus testimoniales, sigilli nostri munimine roboratas. Anno ab incarnatione

<sup>1)</sup> *Mallia*, Du Cange szerint „monetae species, quo nomine *aureas quasdam monetas* appellatas docemus.“ Innen származtatva e szó csak pénzverőt jelenthet; de ha, mi nem lehetlen, malleator szó helyett iratott; akkor jóformán ötvös értetik alatta.

<sup>2)</sup> *Buscagium* Du Cange szerint I. 661. l.: „*praestatio pro buscis, seu lignis, quae in urbem inferuntur.*“ Véleményem szerint azonban itt inkább a *boscus, buscus, vagy buscaria* szót kell érteni, melyek erdőt jelentenek.

domini M<sup>0</sup>CC<sup>0</sup>XXX. Datum per manus Magistri *Benedicti Le-*  
*ctoris strigoniensis.*

A.      B.      C.      D.

Szépen irva. A pecsét veresfehér selymen függ. — Lad. 30. fasc. 1.  
 Nro. 1. — Küljén e szó: *Kistathha*. — Hibásan említí Fejér III. II. 221. 1.

45.

1230. körül. — Mochuna végrendelete.

Ego *Mochuna* longe infirmitatis oppressus dispendio et  
 senciens diem mortis imminere, disposui res meas secundum  
 modulum facultatis mee in hac forma: Monasterio sancti bene-  
 dicti in uilla *busic iuxta situa* octo boues, et duos seruos, scili-  
 cet marcum cum filio suo et terram ad impressionem duorum  
 aratrorum, insuper uero unum porcum cum octo porcellis, bo-  
 uem et capram. Preterea terra, que est in *geurud*, duas partes  
 matri mee et sorori mee, terciam uero partem fratribus nostris ;  
 in predicto geurud matri mee duos seruos *Heunc* et *sumbot*.  
 Sorori mee duos *chvrc* (?), *Hucc*. Premium uero curteg commune  
 dimitto fratribus nostris predenominatis. Insuper istos . . . *cle-*  
*che, moroucha, huhque* cum tribus filiis, *Deda* cum fratre, *pet*  
 cum fratre suo, *Fot* cum fratre et cum omnibus suis possessio-  
 nibus. Ne unus . . . impetrent ex ipsis.

A.      B.      C.      D.

Vizfoltos s a pontozott helyeken többé el nem olvasható hártya. A pe-  
 csét zsinegestől elveszett. — Évszám nincs feljegyezve s csak az írás alakja  
 után tettem ez évre. — Lad. 40. fasc. 1. Nro. 7.

46.

1231. febr. 26. szerdán (*Laterani* IV. Kalendas Martij  
 Pont. n. a. Quarto.) — IX. Gergely pápa a 11 számu okmányt  
 az esztergomi érsek javára a koronázást illetőleg saját neve  
 alatt kimeneszti.

Csak ez eltérések fordulnak elő: A 11 szám szövegének e szavait:  
 predecessoris nostri Alexandri, jelen okmányunk így adja: *predecessorum*  
*nostrorum Alexandri auctoritate et Celestinj*; III. Béla király így említetik:  
*recolende memorie B. Rex*; Gergely pápai követ pedig így: *felicis memorie*  
*Gregorius* — — *tunc in partibus Vngarie apost. Sedis legatus*. — A pecsét  
 veressárga selymen függ. — Lad. 44. fasc. 11. Nro. 3. L. Fejérnél. III.  
 II. 240. 1.

1231. — II. Endre azon birtokokat, melyeket Nicolin esztergomi prépost végrendeletileg az esztergomi káptalannak hagyott, de II. Endre elfoglalt, mivel a végrendeletez nem kéretett ki a királyi engedély; most a káptalannak visszaadja.

Andreas dei gracia Hungarie Rex Omnibus, tam presen-  
tibus, quam futuris, litteras presentes inspecturis, salutem et  
omne bonum. Ad uniuersorum, tam presencium, quam postero-  
rum noticiam, presencium tenore, uolumus peruenire, quod nos  
regia liberalitate inducti, terram *Sagv*, quam fidelis noster *Ni-*  
*colynus* prepositus ecclesie Strigoniensis ex nostra donacione  
possidebat, que antea ad castrum de *Hunt* pertinebat, et illam,  
quam ipse idem prepositus a filijs *Chepea* pro quadam sumpma  
pecunie sue, in quibus ei illi remanserant, ordine iudicario  
optinuerat; cum ipse N. prepositus iter uniuerso carnis ingres-  
surus, in ultimo testamento suo, *non accepta a nobis licencia,*  
*nec nostro consensu et beneplacito inquisito*, illas terras pro reme-  
dio anime sue ecclesie Strigoniensi reliquisset, *et nos easdem*  
*terrass, sicut ad regium Fyscum debebant de iure deuolui, ueluti*  
*possessiones illorum, qui sine herede solent decedere, a dicta ec-*  
*clesia recepissemus*; tamen regia pietate, sicut in primis est  
pretaxatum, inducti, tum recordatis fidelitatibus et seruicijs no-  
minati prepositi ecclesie Strigoniensis, eodem iure cum omni-  
bus suis pertinencijs, quibus ipse prepositus possidebat, resti-  
tuimus, primam donacionem sepedicti prepositi regia auctorita-  
te confirmantes. Ut igitur hec a nobis facta donacio salua  
semper et inconcussa permaneat, nec nostris unquam, seu no-  
strorum successorum temporibus ualeat retractari; presentem  
paginam duplicitis sigilli nostri munimine fecimus roborari.  
Datum Anno Dominice Incarnationis Millesimo CC<sup>o</sup>XXXI<sup>o</sup>.  
Regni nostri Anno Vicesimo octauo.

A pecsétöredék veres selymen függ. — Lad. 24. fasc. 1. Nro. 10. — Eddig kiadatlan. Ez fontos okmányból kiviláglik, hogy ez időben az egyháziak csak a király különös engedélye után végrendelkezhettek.

1231. — II. Endre király, *cum Strigoniensis ecclesia, quia*  
*ab ipsa, tamquam a matre ceterarum ecclesiarum et magistris,*

*ecclesiastica recipiamus sacramentu, prerogativa gaudere debeat speciali;* rendeli, hogy in loco, qui *Oronus Winch* dicitur, quem locum cum suis pertinencijs eidem ecclesie, nullo participante, contulimus, in recompensacionem dampnorum, que tam *Archis. episcopus, quam ipsi Canonici pro nobis perpessi sunt, dum esse- mus in servizio ihesu xpi*, minden keresztül menő sót hordó ko-csi vnum Salem conferat Capitulo pro tributo, Scilicet *duos Kulus.*

IV. László királynak 1276. évi Átiratából. — Lad. 66. fasc. 1. Nro. 1. Fejérnél III. II. 224. 1.

## 49.

1232. — II. Endre király az esztergomi egyház jobbágyait Róbert érsek kérésére minden bíróság hatósága alól felmentvén, saját hatósága alá helyzi.

Andreas dej gracia Hungarie Rex Vniuersis xpi. fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem et omne bonum. Vniuersorum sancte matris ecclesie filiorum noticie insinuacione presencium uolumus fieri manifestum, quod nos considerato grauamine et oppressione populorum ecclesie Strigoniensis, que a diuersis iudicibus eis inferebantur, miramoti benignitate regia, ad petitionem Venerabilis R. Archiepiscopi Strigon. ab omnium iudicium iurisdicione eosdem populos eximentes; concessimus eisdem et instituimus, ut nullius iudicis, uidelicet nec palatini, nec alicuius alterius iudicio astare teneantur, preter nostrum solummodo proprium iudicium et nullus ipsos ante aliquem alium iudicem presumat conuenire, nisi coram nostre maiestatis presencia. Ut autem hec a nobis facta exempcio nec nostris unquam, nec nostrorum successorum temporibus ualeat reuocari, uel retractari; sed salua semper et inconcussa permaneat, in argumentum fidei maioris, presentem concessimus paginam, duplicitis sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum Anno Gracie Millesimo CC<sup>o</sup> XXXII<sup>o</sup>. Regni autem nostri Anno Vicesimo Nono.

A pecsét veres és hamuszinű selymen függött. — Lad. 47. Fasc. 1. Nro. 4. — Emliti Fejér III. II. 318.

## 50.

1232. — II. Endre király a zélyomi udvarnokok kötele.

zettségét, hogy az esztergomi káptalannak tizedet fizessenek, elismeri.

Andreas dei gracia Hungarie rex Vniuersis xpi. fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in domino ihesu xpo. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum quasdam villas castrrensi<sup>m</sup>: in officium vduornicorum nostrorum de nouo transtulissimus et quasdam alias ad preedium nostrum de Zoulum assignassemus; fideles ac dilecti nostri Thomas prepositus, ceterique fratres eccliesie strigonensis, ad nostram accedentes presenciam, nobis sua querimonia monstrarunt, quod omnes populi villarum predictarum iustas et integras decimas ab antiquo soluere tenebantur, que decime pro panibus eorum sunt deputate; (Sed) quia singuli populo- rum predictorum occasione ceterorum uduornicorum nostrorum singulas duas capicias soluere conabantur, et per hoc ipsis magnum dampnum et incommodum generaretur; nobis humiliter supplicarunt, ut dietos populos ad solutionem decimarum integrarum, sicut consueuerant, compel(lere dignaremur). Et quia officium debitum exigit, quod nulli in sua iusticia deesse debeamus; potissime uero, quia ecclesiam Strigoniensem specia- lioris dilectionis . . . cauere in futurum, statuimus firmiter, perpetua stabilitate perhennier obseruandum, quod tam illi po- puli, quos (ad) ipsos rece( pinus ud)uornicos (nostros), tam alij, quos ad preedium nostrum de Zoulum assignauimus, iustas et integras decimas, omnij contradicione . . . , sicut consueuerant, persoluere toneantur. Nomina autem uillarum, quas in Vduornicos transtulimus, sunt hec: *Huth*, . . . *yuley*, *Gurmot*, aliud *Gur- moth*, *Lapas*, *Guesta*, *yegar*, *Chalad*, *Welchez*, *Guymes*, *Nemchez*, *Hydradotkesci*, *Kaluz*; nomina (uero) uillarum, quas ad nostrum preedium de Zoulum recepimus, sunt hec, *palash*, *Badun*, *Nék*, *Bolug*, *Hurov*, *Zefryd*, *Warad*, *Kemeneha*. Ut ergo supradicte restitucionis series, a nobis iuste et legitime facte, nostris no- strorumque successorum temporibus salua semper et incon- cussa permaneat; in argumentum amplioris fidei, presentem concessimus paginam, duplicitis sigilli nostri munimine in per- petuum roboratam. Datum anno dominice Incarnationis mille- simo CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> secundo, Regni autem nostri Anno XX<sup>o</sup> Nono.

Vizsoltos és szakadozott hártyán többé teljesen el nem olvasható s több szavat csak nagy fáradtsággal birtunk kibetűzni. — A pecsétőredék fehér árgra selymen függ. — Lad. 45, Fasc. 1. Nro. 1. — Eddig kiadatlan.

## 51.

1232. — II. Endre király elismerve, hogy *Szebeléb* helyiséget jogtalanul elvette az esztergomi káptalantól, azt neki visszaadja, igérvén, hogy a káptalant e helység birtokában többé nem háborgatandja.

*Andreas dei gracia Hungarie rex Vniuersis xpi. fidelibus, presentem paginam inspecturis, salutem in domino ihesu xpo. Quoniam scriptum est, quod non remittitur peccatum, donec restituatur ablatum; idcirco ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod nos deum pre oculis habentes et magis saluti anime nostre prouidere cupientes, quam lucro temporali inhiare uolentes; uillam quandam, nomine scebeléb, ubi saxones residebant, quam ecclesia strigoniensis ab antiquo pacifice possederat et quiete et nos ipsam minus iuste in nostrum usum conuerteramus, omni contradictione et contencione cessantibus, ex nostra gracia et beneplacito ecclesie restituimus memorare; bona fide promittentes, quod nunquam, quamdiu uiuemus, ecclesia Strigoniensis super predicta villa aliquam pacietur iniuriam, uel molestiam; sed pace perpetua et tranquillitate gaudebit super hoc in futurum. In cuius uille possessionem ecclesiam Strigoniensem per fidelem nostrum Lampertum comitem fecimus introduci. Ut ergo huius restitucionis series, a nobis legitimate facte, nostris, nostrorumque successorum temporibus saluā semper et inconcussa permaneat, in argumentum fidei amplioris, presentem concessimus paginam, duplicitis sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. Datum anno uerbi incarnati millesimo ducentesimo tricesimo secundo, Regni autem nostri anno Vicesimo nono.*

Hártya, a pecsétőredék zöldfehér selymen függ. — Lad. 15. Fasc. 2. Nro. 4. — Rövid kivonata Fejérnél III. II. 318. l.

## 52.

1233. — II. Endre király elősorolja és helybenhagyja a feltéteket, melyeknek fogva az esztergomi káptalan ellen

fellázadt, s emiatt királyi parancs folytán kiüzött szébelébi német lakosok, a káptalan által ismét visszafogadtattak.

A B C D

Andreas dei gracia Rex Hungarie, omnibus, presens scriptum inspecturis, salutem et omne bonum. Vniuersitatj vestre notumfieri volumus, quod cum *Hospites Teothonicj*, in villa Zebeleb commorantes, pro eo, quod multas iniurias et dampna plurima fratribus ecclesie strigoniensis intulerant, et eis rebelles exstiterant et per iudicium nostrum et de mandato nostro fuissent expulsi de iure et electj de villa prenominata, que cum omnibus siluis et alijs pertinencijs suis ad dictos fratres noscitur pertinere; tandem dicti fratres, motj misericordia, dictos Hospites Teothonicos receperunt in villa memorata, tali condicione et compositione inter partes ordinata et firmata: promiserunt dicti Teothonicj prestito iuramento, quod nec facto nec consilio uenient contra fratres ecclesie memorate; sed ei fideles erunt in omnibus et si quis ullo tempore uellet super dicta villa contra dictam ecclesiam mouere questionem ipsi pro posse suo ecclesiam et canonicos adiuuabunt; et ad hec omnia obseruanda se sub talj pena obligarunt; quod si hanc compositionem infregerint; omnia bona ipsorum, tam mobilia, quam immobilia, tam presencia scilicet, quam futura, ad ecclesiam sepedictam sine aliqua contradiccione et excepcione deuoluantur et super hoc omnij excepcionj et omnij iuri renunciauerunt. Porro pro uno quoque aratro soluent dictj Hospites annuatim dimidiam Marcam argentj et cuilibet aratro debent centum et decem iugera assignari cum eadem mensura, qua proxima villa, scilicet *Lengen* solet suos agros mensurare. Fontem eciam, uel riuulum causa habitandi, uel agros colendi non transibunt. Item predictos canonicos, uel eorum procuratores quocienscumque ad ipsos accedent, benigne recipient et eos honeste procurabunt. Si vero siluam extirpauerint et fecerint terram arabilem, similiiter sicut de reliqua terra pro quolibet aratro soluent Fratribus dimidiam Marcam, sicut superius est expressum. Si quis hospitum domum habuerit, terram autem arabilem non habeat, soluat fratribus tria pondera annuatim, et omnes iste

pensiones in festo sanctj Martinj debent soluj. Præterea dictj populi, si eis placuerit, *Teothonicum habeant sacerdotem*, qui a Teothonicis, morantibus ultra fontem, recipiat decimas et oblaciones; Ab alijs vero, si qui sunt, uel erunt citra fontem, *sive sint hungari, sive Sclauj seu Tethonicj*, percipiat quartam quarte decimarum et annuatim in festo sanctj Martinj Capitulo Strigoniensi vnam Marcam et dimidiam argentj et cantori Strigoniensi vnam Marcam argentj soluere teneatur. Præterea prefatj hospites sibi eligant uillicum qui causas eorum discuciat et iudicet, et si qua causa grauior emerserit, que maiorem requirat iudicem, discuciat eam una cum preposito Strigoniensi, sive cum aliquo de canonicis, quem fratres miserrint ad hoc faciendum, et de iudicio huius cause, quam sine procuratore Capitulj non poterit iudicare, ipse habeat dimidiam partem et Capitulum alteram dimidiam; sed in ceteris causis minoribus totum iudicium percipiat idem iudex. Naturalem cursum riualj nullus possit, uel debeat immutare. Nos igitur dictam compositionem approbantes, ad petitionem utriusque partis, que propter hoc ad nos accessit et omnia premissa coram nobis protestata est et confessa, in testimonium huius rei presentes concessimus litteras, duplicitis sigilli nostri munimine roboratas; *decisas per alfabetum*, quarum unum par Fratres habeant Strigonienses, Aliud vero par Teothonicj ville pretaxate. Anno verbi incarnationis M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXXIII. Regnij autem nostri Tricesimo.

Hártyán szépen irva. A pécsett fehérbarna selymen függött. — Lad. 16. Fosc. 2. Nro 8. — Ez igen nevezetes okmány sok válogatot vett az akkori jogi- és a jobbágy és földesur köztői viszonyokra. Továbbá tán egyetlen a maga nemében, mely királyi okmány létére átmetszett betűkkel van ellátva, mely szokás, mint tudjuk, csak a káptalani leveleknel divott. — Eddig kiadatlan.

### 53.

1233. — *Vgulinus dei gracia Colocensis archiepiscopus et aule regie cancellarius a szükséges irályi változással szóról szóra átirja s maga nevében megerősíti II. Endre királynak az 53. szám alatti okmányat.*

Hártya. A pecsét rózsaszínű selymen függött. — Lad. 15. fasc. 2. Nro, 7. — Szinte hallatlan diplomatiákánban, hogy a korlátok (mert nincs kétség, hogy Ugolin érsek ezt mint korlátok tevé) saját neve alatt

is kiadja ugyanazon okmányt, melyet épen mint korlátok a király neve alatt adott ki. — Szinte kiadatlan.

## 54.

1234. — II. Endre király az esztergomi egyház javára átirja és megerősíti a 57. számot.

Andreas dei gracia Hungarie rex omnibus xpi. fideli-  
bus, quibus presens scriptum patuerit, salutem in domino.  
Ad vniuersorum tam modernorum, quam posteriorum noticiam  
tenore presencium uolumus peruenire, quod cum iobagiones  
castri de Zonuc et ciues castri eiusdem terram quandam ad  
usum unius aratri in villa Yneu ab ecclesia sancti Adalberti de  
*Strigonio* requirerent; causahec coram comite *Ladislao* iudice  
curie nostre taliter fuit decisa et litteris eiusdem testimoniali-  
bus roborata; secundum quod eciam ab eodem oretenus audi-  
uimus. tenor litterarum talis: — — következik az 57. szám.

Vt igitur huius cause decisio semper salua et incon-  
cussa permaneat, nec a quoquam processu temporis in irri-  
tum possit reuocari; ad maiorem cautelam presentem con-  
cessimus paginam, duplicis sigilli nostri munimine robo-  
tam. Datum Anno dominice incarnationis M° CC° XXX°  
III., regni nostri anno XXX° primo.

A pecsét fehérbarna zsínegen függött. — Lad. 41. fasc. 1. Nro 2.  
— Eddig kiadatlan.

## 55.

1234. — II. Endre király saját kérésük folytán megen-  
gedi a szelepcsényi királyi szolgáknak, hogy a szent benedeki  
egyház jobágai közé soroztathassanak s azok szabadalmaival  
élhessenek.

Andreas dei gracia Hungarie omnibus, presentes lit-  
teras inspecturis, salutem et omne bonum. Cum ordo racionis  
expostulet et regie dignitatis incumbat officio, congruas sibi  
subditorum exaudire postulaciones et exauditias Juxta postulan-  
cium affectum effectui mancipare; omnium presencium, ac  
posteriorum noticie harum insinuacione volumus explicare, Quod  
cum homines de villa Zelephen: *Mylos* et *Monch*, *vizabor*, *Bod*  
*Michael*, *legk*, *Blasius*, *Theda*, *dominicu*s et *andreas*, a primis

*sue parentele lineis libertate nostrorum seruiencium feliciter gau-  
dentes, ad nostram accessissent presenciam, nobis suam expo-  
suerunt voluntatem, quod ipsorum plena esset voluntas et  
promptus affectus, voto pari cum omnibus suis heredibus, here-  
dumque suorum successoribus, consortio Jobagionum ecclesie  
nostre de Grana Jungi, dignanter eorum officium exercendum,  
vnde idem nostre maiestati humiliter suplicant, a nobis vna-  
miter postularunt, vt ipsorum voluntatem pariter et affectum,  
Juxta petitionis sue formam ad desideratum duceremus effe-  
ctum. Nos Igitur eorum congruis postulacionibus fauore anuen-  
tes beniuole, auctoritate regia duximus statuendum et delibera-  
cione prouida ordinandum, quod tam ipsi, quam ipsorum here-  
des, heredumque suorum successores illa libertatis muniantur  
titulo, quo ceteri Jobagiones, a pijssimis antecessoribus nostris  
ecclesiarum officis (igy) deputati, sunt benigne muniti; verum-  
tamen si contingere eosdem successionibus heredum omnino  
carere, terra ipsorum nichilominus ad ius perpetuum ecclesie  
prememorate deuoluatur. Metarum autem terre illorum assigna-  
ciones, sicut ab ore dilecti et fidelis nostri comitis alecsandri  
(igy) didicimus, presentis scripti patrocinio censuimus anno-  
tandas. Prima itaque meta incipit ex parte ville Nyweg nomi-  
nate Juxta quandam multitudinem arborum, que wlgariter  
*Moys Gaya* nuncupatur et iuxta eandem Moys Gaya tendens,  
contiguit terre Guenden, vbi sunt monticuli metarum, de terra  
factarum, Inde vero vadit iuxta vnum Erezthwen per longum,  
in termino cuius descendit ad quandam Cauernam, que wlgo  
*poklos uerem* nominatur, deinde autem tendens in prato per ne-  
mus quoddam transit vltra fluum Zytua super terram arabili-  
lem et inde transiens per medium arborum fructiferarum, vadit  
vsque fluum Hecha et transiens per eundem fluum, vadit  
ad campum iuxta terram memorati Genden in longum,  
Inde vero ad vnum Ereztuen, deinde descendit ad flumen  
Terenche, cuius fluminis medietas pertinet ad homines eorum-  
dem; altera vero medietas spectat ad ius ville Hymd, Inde  
autem iuxta idem flumen tendit superius ad villam ecclesie  
supradicte, que eciam Zelepchen vocitatur et ibi terminatur  
vt Igitur huius constitutionis, ordinacionisque series, a no-*

bis racionabiliter facta, inuiolabiliter in posterum obseruetur et nostris, seu nostrorum successorum temporibus a nullo umquam hominum omnino queat infirmari, presenti eam paginam in argumentum veritatis et robor perpetue firmitatis conscripta, fecimus annotari et duplicis sigilli nostri munimine roborari. Datum anno ab incarnatione domini Mille-simo ducentesimo tricesimo quarto.

A zaborhegyi konventnek 1364. évi átiratából. — Lad. 9. fasc. 1.  
Nro 5.

## 56.

1234. — László országbiró miután a szolnoki várjobbágyok és polgárok ellenében Ambrus kanonok s Feud tiszt hit alatt erősíték, hogy a jenői egy ekényi föld az esztergomi egyházé, azt ennek oda is ítéli.

Nos Ladizlaus Index aule regie et comes Bachiensis significamus omnibus, tam presentibus, quam futuris, quibus presentes littere ostense fuerint, quod cum iobagiones castri de *Zonuc* unacum ciuibus eiusdem castri terram unius aratri in *villa Yneu* ab ecclesia Strigoniensi de sancto adalberto coram nobis requirerent; quidam canonicus, *Ambrosius* nomine et *Feud* ministerialis eiusdem ecclesie econtrario responderunt, dicentes, eam terram ex tempore antiquo dicte ecclesie semper fuisse, sub pace et quiete absque contradicione qualibet eandem possedit. Nos uero partibus hinc et hinc auditis et de uerbo ad uerbum inter se altercantibus, cum nostris collateralibus ordine intelleximus iudicario, quod si supranominatus A. canonicus cum memorato f. sacramentum prestare presumpmerent; dictam terram ecclesia Strigoniensis obtineret; quod et fecerunt *in nostra capella*, ut mos est et consuetudo; et sic terra sepe nominata cessit in ius ecclesie prememorate, perpetuo possidenda, aduersa parte confusa et conuicta remanente. *Jmarado* filio *Simum* de *willa Seureg* pristaldo regis existente. Ut igitur huius cause decisio rata et stabilis semper perseveret, nec umquam malicia hominum crescente in irritum calumpniouse ualeat reuocari; presentem cartam sigilli nostri impressione in noticiam deduci posterorum concessimus roboratam. Anno gracie

M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>III.<sup>o</sup> Datum per manus *Sthephanī magistri nostri Cancellarij.*

II. Endre királynak 1234. évi átiratából. — Lad. 41. fasc. 1. Nro. 2. — Eddig kiadatlan.

57.

1235. — II. Endre király ujra átirja és megerősíti az esztergomi káptalan javára az esztergomi vámot illető levelét ; mivel e levél azon régi kettős pecsétjével volt megerősítve, melyet „cum de adulteracione dupplicis sigilli nostri antiqui nobis liquido constiterit, propter quod ipsum in medium secari fecimus (Fejér : sequestrari iussimus !) coram nobis.“

A pecséttörédek fchérvereskék selymen függ. — Lad. 24. fasc. 1. Nro. 5. — L. Fejér III. II. 418. l., a 419. lapon az első sorban regum helyett kell legum ; a 20. sorban bullae aureae helyett: *bulla regia* ; a 29. sorban pedig e szó után : concessimus, kimaradt : dupplicis sigilli nostri munimine in perpetuum roboratam. E szavakat jóformán azért hagyta ki; mert ellenmondást látott bennök a senebb hibásan közlött *bullae aureae* kifejezéssel.

58.

1236. júniusban. — Róbert esztergomi érsek s bírótársai a Lovász helyiségi királyi lovászok által jogtalanul felállított határdombokat lerontatják és A s földet régi határaival az esztergomi káptalannak visszaadják.

*Robertus dei gracia Strigoniensis Archiepiscopus, Sebes comes Nitriensis, Andreas ruphus, Zobozlaus, Mycche, Zochyt comites et alij coniudices eorumdem, a domino Bela illustri Regie Hungarie ad reuocandas perpetuitates in Strigoniensi Diocesi constituti, vniuersis xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in domino ihesu xpo. Vniuersitatij uestre tenore presencium uolumus fierj manifestum, quod fratres Strigoniensis Capituli ad nostram accedentes presenciam, conquesti sunt nobis de Agasonibus domini Regis de villa Lowaz, dicentes, quod iidem agasones destructis metis antiquis, terram ad quatuor aratra de terra A s ecclesie Strigoniensis, contra deum et iusticiam abstulerunt. Nos igitur iuxta mandatum domini Regis, nobis iniunctum, sicut decebat, a nostris coniudicibus et a uincinis et conterminis dictae terre super hoc inquisita diligencius veritate ; quia constituit nobis per eosdem coniudices nostros et*

vicinos et conterminos predicte terre, ipsam terram esse et fuisse terram Strigoniensis ecclesie ab antiquo; per *Alexandrum* comitem, unum ex nobis, metas nouas, quas Agasones antedicti contra iusticiam erexerant, destruj fecimus et secundum metas ueteres per eundem comitem limitarj prenominatam terram et assignari et restituj ecclesie antedictae. In cuius Rei testimonium presentes dedimus litteras, nostrorum Sigillorum munimine Roboratas. Actum anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup> Sexto. Mense Junio.

Szépen írva. Hártyazsinegeken hat pecsét függött, melyek közül csak az elsőnek töredéke van meg, czimerében főpapot ábrázolva. — Lad. 41. fasc. 1. Nro. 5. — Említi Fejér IV. I. 67. l.

## 59.

1236. — A IV. Béla által Bars megyébe kiküldött birák előtt Pósa és rokonai barsi várjobbágyok perbe idézték Kozma sz. benedeki apátot, hogy Kovácsiban levő két ékényi földjüket elsajátítá. Az apát ellenben okmánytal mutatta ki jogát. A birák evvel meg nem elégedvén, magát az apátot két szerzetestársával sz. Benedek szabályaira megesküdteték, két jobbágyát pedig a hely szinén, mi megtörténvén, a peres föld az apátnak itéltetett oda.

Nos Judices terrarum comes Alexander, comes Zochet, Comes Benete et Ozyas archidiaconus Waciensis, constituti a domino rege Bela in provincia Borsiensi, notum facimus omnibus, presens scriptum inspecturis, quod yobagiones castri Borsiensis de villa *Crusan*, scilicet Pousa et sui consanguinei de eadem willa, abbatem Cosmam ecclesie beati Berredicti et yobagiones eiusdem ecclesie coram nobis in causam traxerunt, dicentes, ut in villa *Cuahc*, que est sancti Benedicti, terram eorum hereditariam, ad duo aratra, uiolenter occupassent. Dictus uero Abbas cum suis Jobagionibus eisdem contradicens, nil Juris illos in predicta villa habere asserebat, quod et priuilegio eiusdem ecclesie coram nobis declarauit. Nos uero solo priuilegijs non contenti, testimonio, decreuimus, sibi prefato Abbati cum duobus fratribus suis, quos aduersa pars eligeret, super librum regulorum sancti Benedicti manus imponentes, sacramentum deo presta- re indiximus, et duobus Jobagionibus dicte ecclesie, super pre-

dicta terra stantes et terram super capita eorum ponentes, Juramentum ad Judicauimus, qui eciam in die Juramenti secundum nostram censuram manifeste sacramentum deo presterunt, et suos aduersarios, scilicet pousam et suos cognatos iniuste dixisse cognouimus. Idcirco dictam terram sepedicte ecclesie cum metis assignantes restituimus. Ne autem in posterum super hoc aliquis processu temporum lites ualeat excitare, ad preces sepefati abbatis et Jobagionum eius Litteras presentes, sigillorum nostrorum munimine roboratas, concessimus. Anno uerbi incarnati M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>.

Hártya. A négy pecsét közül csak egy töredék van meg s három hártyazzineg, melyekről a pecsétek függetek. — Lad. II. fasc. 1. Nro. 17. — Eddig kiadatlan.

## 60.

1237. nov. 19. csütörtökön. Zólyomban. — IV. Béla király az esztergomi egyházat az atya által neki adományozott *Ság* és *Ebed* földek birtokában megerősítő.

BELA dei gracia Rex Hungarie Omnibus, presentes litteras inspecturis, salutem in vero salutari. Ad noticiam uniuersorum, tam modernorum, quam futurorum, Harum serie uolumus peruenire, quod cum diuina sanente gracia *per successionem paternam regni regimine* ad nos deuoluto, *superfluas et illicitas donaciones perpetuitatum reuocaremus*; quia ecclesiā Strigoniensem in omnibus, in quibus possumus, diligere intendimus, duas terras castri, nomine *Sag* et *Ebed*, quas pie memorie Andreas Rex, pater noster, antea prefate ecclesie contulerat, nos cognita quantitate et qualitate illarum; per Lucam comitem *de Hunth*, fidelem nostrum, terram *Sag*, ad castrum *Hunth* pertinentem, que potest sufficere usui duorum aratrorum et dimidij et locum molendini super aquam *Ipul* et *fenetum*; Terram uero *Ebed*, ad castrum *Golgouch* pertinentem, ad octo aratra sufficientem et fenetum in septuaginta iugeribus et piscinam cum loco piscature, quod wlgo *Tona* dicitur et insulam communem cum aliis multis, ubi sunt virgultæ et viginti septem piri silvestris arbores, ab illis castris exēmitas, eidem ecclesie contulimus, iure perpetuo possidentas. Vt igitur Huius nostre concessionis series salua et in-

concussa permaneat; presentem paginam duplicitis sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum in *Zolum* Anno dominice Incarnationis Millesimo ducentesimo Tricesimo Septimo, Tercio decimo kalendas decembris. Regni autem nostrj anno Tercio.

A pecsétöredék ságváeres sélymen függ. — Külbehajtásán más, de egykorú kéztől e szavak irvák: *Botha, Cel, Tyan, Pycued, Bugar, Boxa, Nicolaus, Hete*, mely szavakat illetőleg lásd a 62. számot. — Lad. 27. fasc. 1. Nro. 1. — Fejér ugylátszik ez okmánynak adja kivonatát, bár hibásan, IV. I. 73. l. — IV. Béla, ez okmány szavai szerint is visszavonta elődeinek „superfluas et illicitas donationes.“ Ez egyik föoka volt a magyarok haragjának IV. Béla iránt s ez által a sajói veszedelemnek is. „*Hic est dolor* — mondja az egykorú Roger Carm. miserabile V. fej. — *hic est gladius, qui transfixit animas Hungarorum. Nam, qui erant divites et potentes et secum habebant multitudinem effrenatum, (a király ezen intézkedése után) vix se solos poterant sustentare.*“

## 61.

1237. nov. 20. pénteken. Zólyomban. — IV. Béla király a sz. benedeki konventet három helységből járó vámharmad birtokában, a zólyomi főispány ellenében ujra megerősítı.

BELA dei gracia H. D. Chroatie, R. S. G. L. Cumanie-que Rex omnibus xpi. fidelibus, paginam presentem inspe-cturis, salutem in uero salutarj. Ea, que legitime ordinantur, firma debent et perpetua permanere et ne in recidive questi-onis scrupulum relabantur, authoritate regia conuenit commu-nirj. Hinc est, quod ad vniuersorum noticiam harum tenore uolumus peruenire, quod accendentibus ad presenciam nostram abbate et conuentu monasterij sancti Benedicti de *Grana*, gra-uem eorumdem recepimus querimoniam contra comitem no-strum de *Zolum* super eo, quod idem terciam partem tributi de tribus uillis, *Geznecha* scilicet, *Galednek* et *Cristur*, ad ipso-rum monasterium pertinentem, occasione duarum parcium eiusdem tributi, que ad nos pertinent, sibi usurparet. Cum ergo nobis constitisset ad plenum, terciam partem memorati tributi ad monasterium antefatum pertinere; eidem duximus restituendam, iure perpetuo, quiete et pacifice ab eodem possidendum. Ut ergo memorata restitucio, legitime facta, salua semper et inconcussa permaneat, nec possit ab aliquo inpe-

sterum iam tociens dictum monasterium inquietari super ipso, seu molestari; presentes, in perpetuam rei firmitatem, litteras duximus concedendas, dupplicis sigilli nostrj munimine perenniter roboratas. Datum in *Zolum* Anno gracie Millesimo CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup> Septimo, XII<sup>o</sup> kalendas Decembris, Regni autem nostrj Anno Tercio.

Vizsoltos hártán szépen irva. A pecsét fehér és rózsaszínű selymen függött. — Lad. 40. fasc. 1. Nro. 8. — Fejér IV. I. 73. l. ugylátszik ezen okmánynak adja rövid kivonatát.

## 62.

1239. marcz. 6. vasárnap *Budán*. — IV. Béla király Ság és Ebed föleket ez utóbbin lakozó nyolc várjobbágy-gyal együtt ujra az esztergomi egyháznak adományozza.

BELA dei gracia H. D. Cr. R. S. G. Cvmanieque Rex Omnibus xpi. fidelibus, presentes litteras Inspecturis, Salutem in vero omnium salutari. Ad noticiam vniuersorum, tam modernorum, quam futurorum, harum serie uolumus peruenire, quod cum diuina fauente gracia *per successionem paternam* regni regimine ad nos deuoluto *superfluas et illicitas donaciones perpetuitatum reuocaremus*; quia ecclesiam Strigoniensem in omnibus, in quibus possumus, diligere intendimus, duas terras castri, nomine *Sag* et *Ebed*, quas pie memorie Andreas rex, pater noster, antea prefate ecclesie contulerat, nos cognita quantitate et qualitate illarum, per Lucam comitem de *Hvnth*, fidelem nostrum, dictam terram *Sag*, ad castrum Hunth pertinentem, que potest sufficere vsui duorum aratrorum et dimidij, et locum molendini super aquam *Ypul* et fenetum; Terram uero *Ebed* antedictum, ad castrum *Golgouch* pertinentem, ad octo aratra sufficientem, cum octo mansionibus castrensiem, ibidem existentium, quos eodem seruicio ecclesie Strigoniensi teneri deputauimus, quo castro tenebantur supradicto; ita tamen, quod eadem ecclesia eos uendendi, seu donandi, nec alio modo in aliquam personam transferendi non habeat facultatem; fenetum eciam Septuaginta iugerum in eadem terra et piscinam cum loco piscature, quod wlgō *Togna* dicitur, et insulam communem cum aliis multis, ubi sunt uirgulta et viginti septem arbores piri siluestris, ab illis castris exemptas, eidem ecclesie

contulimus, iure perpetuo possidendas. Nomina uero supradictorum castrenium sunt hec: *Botha, Cel, Tywan, Pincusd, Bugar, Boxud, Hete et Nicolaus.* Vt igitur huius nostre concessio-nis series salua et inconcessa permaneat; presentem paginam duplicitis sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum *Bude* Anno dominice incarnationis **M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>XXX<sup>o</sup>** Nono, Se-cundo Nonas Marcij, Regni autem nostri Anno Quarto.

Igen szép írás. A pecsét zöldveres selymen függött. — Lad. 27. fasc. 1. Nro. 2. — Eddig kiadatlan.

### 63.

1242. sept. 29. Hetfön. — Az esztergomi káptalan a városban levő köházát Ádám füszerkereskedőnek husz évre bérbe adja.

Vniuersis, presentes litteras inspecturis, Nos Strigoniense Capitulum salutem in domino ihu. xpo. Nouerit vniuersitas uestra, quod nos locauimus Magistro Ade Specario, ciui Strigoniensi, pro se et heredibus suis *legitimis et non extraneis* quandam domum nostram lapideam, sitam *in vico Latinorum Strigonien.* habentem introitum et exitum ante *cameras mercioniales et conterminam vico, qui de dictis cameris mercionalibus dicit ad ecclesiam Sancti Nicholai Strigon.*, ab hac die, videlicet S. Michaelis archangeli, usque ad viginti annos pro-xime futuros, hoc pacto et hijs condicionibus interuenientibus, quod idem Magister Adam uel heredes sui primo anno tenentur nobis soluere duas Marcas boni et legalis argenti, in terminis infrascriptis; Secundo anno duas Marcas et dimidiam; Tercio uero anno duas Marcas et tres fertones; Quarto uero anno tres Marcas et sic deinceps usque ad vicesimum annum integraliter tenetur soluere proxime dictas tres Marcas annuatim; hoc sal-uō, quod de dictis Marcis singulis annis nobis persoluendis re-tinere debent dimidiam partem pro edificacione quatuor pari-etum lapideorum, in altitudine stacione unius, de bono et le-gali opere, a die predicte locacionis usque ad finem quinti an-ni proxime futurj. Aliam uero dimidiam partem debent persol-uere in hijs tribus terminis; Primo videlicet in circumcisione domini, secundo in festo Apostolorum Philippi et Jacobi et Tercio in festo sancti Egidiij, uel quintodecimo die post quem-

libet predictorum terminorum. In fine uero quinti anni debet fieri per bonos uiros estimacio operis iamdicti et donec ipsam estimacionem integre percepereint, ut supra dictum est, debite nobis pensionis dimidiam partem retinebunt. Qua percepta, extunc singulis futuris annis usque ad vicesimum iamdictae locacionis annum integre debent soluere sepedictam trium Marcarum argenti pensionem, in terminis ad hoc superius deputatis. Quam solutionem si prefatus Magister Adam, uel eius heredes negligerent, uel alias in prescriptis terminis facere recusarent, uel opus iam dictum statuto tempore non complerent; ipse et ipsi heredes extunc priuentur iure prediche conductionis, licetumque sit nobis in alteram quamcunque uoluerimus partem predictam transferre locacionem et nichilominus ipsi ad dampna et interesse teneantur. Dicta autem edificia si aliqua indigerint reparacione ab illa die, qua completa erunt, usque ad finem vicesimi anni Idem Magister Adam, uel eius heredes ea proprijs expensis reficere teneantur; et si igne proprio, quod absit, exurerentur, similiter ea proprijs expensis reficiant. Si uero igne alieno, uel hostium insultu deuastarentur, tunc super reparacione eorum Regni consuedudo obseruetur. Si autem omnibus supradictis rite peractis, sepefatus magister Adam, uel eius heredes legitimi, completo tempore sepenominate locacionis, viginti annorum videlicet, supradictam domum cum edificatis in ipsa de nouo reconducere a nobis uoluerint; bona fide promittimus eidem Magisto Ade, suo et heredum suorum nomine stipulanti, quod pro ea pensione, quam tunc aliquis alius conductor offerret, non in fraudem, ipsis eadem relinquemus et locabimus, quilibet (igy) aliis conductoribus eos quantum ad hoc proponendo. Et si ipse uel eius heredes tunc nolent dictam domum reconducere, prout iam dictum est; liceat nobis alteri persone eam locare pro nostre libito voluntatis. Et ut presens contractus robur firmitatis obtineat, presentes litteras sigilli nostri dedimus munimine roboratas, et *ad cautelam consimiles cum alfabeto penes nos retinuimus.* Actum *Strigonij* in ecclesia Sancti Adalberti, Anno dominice incarnationis Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Secundo. *Mense Octobri,* In festo Sancti Michaelis Archangeli.

## A. B. C. D. E.

Szépen irva. A pecsét zsinegestől elveszett. — Lad. 41. fasc. 7. Nro. 3. — Két sorral említi Fejér IV. I. 272, — Ez okmány világosan megmondja, mit jelentenek az okmányokon alul, vagy felül oly gyakran előforduló ketté metszett betűk. — Nevezetes, hogy sz. Mihály ünnepét oktoberre teszi, csak octaváját nem érti, mely esetben ez okmány okt. 6-án kelt.

64.

1243. aug. 20, csütörtökön. — Az esztergomi káptalan az esztergomi piaczon levő házait kibérli Herbord és Ibur esztergomi polgároknak.

## A. B. C. D.

Capitulum Strigoniense vniuersis, presentes litteras inspec-  
turis, salutem in domino. Ad uniuersitatis vestre noticiam  
uolumus peruenire, quod nos dilectis nostris *Herbordo et Ybur*,  
filiis quondam stephani, ciuibus Strigoniensibus, locamus do-  
mum nostram lapideam cum curia circumiacente, sitam super  
forum strigoniense prope palacium *Henie*, longitudo cuius curie  
est Septuaginta cubitorum, qui uulgo appellatur *Reyf*, latitudo  
uero quadraginta et unius cubitus. Item quandam curiam ex  
posteriori parte dicte domui lapidee contiguam, *uersus sanctum Laurencium*, quadam via solummodo intermedia, cuius  
longitudo est Triginta quinque cubitorum, latitudo uero  
Triginta quatuor cubitorum; pro se et heredibus suis le-  
gitimis et non extraneis, perpetuo possidendas; hoc pacto et  
hijs condicionibus interuenientibus, quod predicti Herbordus  
et Ybur et eorum heredes teneantur nobis soluere annuatim  
duas Marcas argenti pro dicta domo lapidea et vnum fertonem  
pro dicta curia nomine pensionis usque ad quindecim annos  
videlicet; Quindecim annis uero completis, debeant soluere  
singulis annis usque in perpetuum tres Marcas argenti et di-  
ctum fertonem. Primam partem in festo Sancti Michaelis, Se-  
cundam partem in dominica prima Quadragesime, Terciam  
partem in festo S. Johannis Baptiste et hec attendere promit-  
tunt sub pena dupli. Est etiam adiectum, quod nec eis, nec  
heredibus ipsorum liceat vendere uel alienare predictam do-  
mum, neque predictam curiam, nisi causa necessitatis ipsorum  
et tunc de nostra licencia speciali; aliter uero facta uendicio,  
uel alienacio non ualeat et si uendiderint, uel alienauerint;

*Emptor nobiscum de nouo conuenire debeat super pensione, nobis persoluenda. Si que vero hedificia in eodem fundo edificauerint lapidea uel lignea de nouo, ea, pro uoluntate sua distrahant et alienent. Nos autem promittimus eisdem, qnod in hac locacione eos manu tenebimus contra quemcunque et quoscunque et defendemus. Actum et Datum Strigonij in ecclesia Beati Adalberti in pleno Capitulo. Anno domini Millesimo Ducentesimo Quadragesimo Tercio, Mense Augusti in festo Sancti Stephani Regis. Venerabili patre domino Stephano episcopo Waciensi existente postulato ac procuratore Strigoniensis ecclesie, et Magistro Achille preposito existente, Magistro Petro cantore. Et quia sigillum maius ad presens non habemus; sigillum nostrum minus presentibus duximus apponendum, Et ut eisdem maior fides adibeatar; predicti venerabilis patris domini Stephani dei gracia Waciensis episcopi postulati ac procuratoris nostri Sigillo fecimus Roborarj.*

Nagy betükkel gyönyörűen irva. A szövegben említett két pecsét verryesárga selymen függött. — Lad. 24, fasc. 1. Nro. 11. — Rövid kivonatát adja Fejér IV. I. 308. l., csak nem tudom, honnan tudja, hogy e bérlök mésszárosok voltak. — Látszik ez okmányból, hogy Esztergom alig másfél évre a tatárpuszttás után már ujra házak- és palotákkal birt.

### 65.

1245. — Poroszlói Gyula és Vincze nyitrai főesperes Gunczel nevű testvérével eladják *bajoni* birtokaikat az esztergomi kereszteslovagok előtt.

*Conuentus domus Hospitalis S. Stephani Regis de Strigonio Omnibus, presentes litteras inspecturis, Salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod Jula de Puruzlov, de genere Sarcyvanveche, ad nostram accedens presenciam, proposuit, quod totalem terram, que in uilla Boyon ad ipsam generacionem Sarcyuanveche pertinebat, cum vineis et alijs pertinencijs uendidisset Scemeyno comitj Ciui Strigoniensi, pro Sedecim marcis argenti, presente et consiente Petro filio Adriani de eadem generacione. Assumendo, quod si aliqui de suo genere ipsum comitem Scemeynum super uenditione dicte terre inquietare attemptarent; idem Jula deffendere tenebitur. Item magister Vincencius Archidiaco-*

nus Nitriensis et frater suus *Guncel* partem, que ipsos de dicta terra Boyon hereditarie contingebat, vendiderunt eidem comitj S. pro tribus marcis argentj, quas Decem et nouem marcas prenominati uenditores confessi sunt a dicto comite S. sibi fuisse plenarie persolutas; et hec uendicio facta est salua parte *Domus Hospitalis Sancte Crucis de Strigonio*, quam domum tam ipsi venditores, quam dicti Hospitalarij confessi sunt in eadem terra sextam partem possidere et ipsa totalis terra, prout ijdem venditores retulerunt, a parte orientali tenet metas cum *monetarijs*, a parte meridionali cum Nicholao filio Johannis, *de genere Catapan*, a parte occidentali cum *cruciferis S. Regis*, a septemtrionali iterum cum *monetarijs*, et sic continuatur prioribus metis. Super quo litteras nostras testimoniales Semeyno comiti pecierunt exhiberi. Nos ergo ad instanciam petitionis eorumdem presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Anno dominice incarnationis Millesimo, Ducentesimo Quadragesimo Quinto.

A      B      C      D.

A pecsét sárgaveres selymen függött. — Lad. 46. Fasc. 1. Nro 1. — Fejér IV. I. 400. l. talán ezen okmányt érté e szavaival: Conuentus Crucif. s. regis de Strigonio se villam Bojon vendidisse testatur. — — Eddig kiadatlan.

66.

1246. marcz. 31. szombaton. (Pridie Kal. Aprilis) Albert aradi prépost subiectionem, obedienciam et reuerenciam, a predecessoribus meis .. Archiepiscopo et ecclesie Strigoniensi exhibitam et *per me ad tempus subtractam* (Fejér: ad ipsos subiectam!), per me et successores meos eisdem fore debitam, de (Fejér: cum) consilio et consensu fratrum meorum recognosco. S ennek folytán a köteles hűségre esküszik.

A hárytysinegről függött két pecsét elveszett. — Lad. 49. Fasc. 1. Nro. 2. — Közli Fejér IV. I. 439. l.

67.

1246. — Verner barsi főispány a király parancsára Bars helységben egy házhelyet ad a szent benedeki konvent vám-szedőinek.

*Vernerius diuina gracia et regis Bele prouidencia comes*

de *Bors* Omnibus, presens scriptum inspecturis, salutem. Cum preceptum dominicum sit timendum et tenendum; ideo nos, uolumus nolumus, preceptum regis cogimur adimplere. Vniuersitati uestre notum facimus, quod ex precepto regis Bele unum situm curie prope pontem, cum orto et aqua, in predicta villa *Bors*, ecclesie sancti Benedicti de *Goron* statuimus, quartam curiam de inferiori parte pontis cum suis pertinenciis fecimus assignari, ubi tributarij sui libere et quiete possint manere et procurare prouentus tributj ipsius abbatis memorati. Ut igitur nulla in posterum lis, uel contencio inter uillanos de *Bors* et inter abbatem sancti Benedicti de *Goron* de dacione curie possit suboriri; facti seriem, ad petitionem abbatis, scripto redigi et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Anno gracie Millesimo CC. XL<sup>o</sup> VI<sup>o</sup> facta est autem hec scripicio presentibus *Pasca*, *Mathia*, *Martino*, *maioribus exercituum* de *Bors*, *Sarou*, *Niuona* et *Suca* et ceteris iobagionibus existentibus.

Apró irás. A pecsét hártyazsinegen függött. — Lad. 40. Fasc. 1. Nro. 9. — Eddig kiadatlan.

## 68.

1247. jan. 13. vasárnapon. — IV. Béla király bizonyitja, hogy a sz. benedeki konventnek névszerint felhözött *kis szelepcényi* lovas jobbágai, kik magokat a zárda hatósága alól önkényüleg elvonák s e miatt az apát által itélőszék elé idéztettek, kedvezőtlen ítélettől tartva, ezt megelőzöleg visszatértek, elismervén, hogy ök ez apáság lovas jobbágýai, s kérvén a konventet, hogy régi szolgálataikban, melyek elsoroltatnak, megtartassanak, oly feltét alatt, hogy uj elpártolásuk esetére ök és fiaik e zárdának rabszolgáivá legyenek.

Bela dei gracia Hung., Dalm., Crowacie, Rame, Seruie, Gallicie, Lodom., Cumanieque Rex Omnibus, ad quos presens scriptum peruererit, salutem in salutis auctore. Ad vniuersorum noticiam, tam presencium, quam futurorum, harum serie volumus peruenire, Quod cum *Masa* cum *Benedicto* et *Mathya* filiis suis, *Bala* cum *Prusa* filio suo, *Balaseus* cum *Buc* filio suo, *Bud* cum *Georgio* et *Gурган* filijs suis, *Stayzlaus* cum *Iwanc* et *Egidio* filijs suis, *Dobrina* cum *Myko* et *Woyn*

filijs suis, *Woyzlaus* cum *Benchae* filio suo et *Thomas* cum *Gregorio*, *Lauryn* et *Piscur* filijs suis de *minori villa*, *Selepchen* nomine, Jobagiones monasterij sancti Benedicti iuxta *Granum*, *seruientes in equo proprio, qui uulgo Luosicsag<sup>1)</sup>* dicuntur, a seruicio dicti monasterij se presumpcione propria retraxissent, et eosdem abbas predicti monasterij sancti Benedicti de conuenientia sui Conuentus in iudicium euocasset; Sed cum grauamen imminere sibi presensissent, tandem ante diffinitiuam sentenciam ad gremium ecclesie recurrentes, pro inobedientia, quam ex temeritate commiserant, ab abbatе et Conuentu predictis veniam postularunt, confitentes, se esse Jobbagiones Monasterij prenotati, in equo proprio seruientes, sicut ab abbatе et Conuentu supradictis per priuilegium pie memorie domini *Stephani*, quondam Regis Hungarie *tercij*, Geysse Regis filij, probabatur (lásd a 1165 számot), petentes humiliter, vt eos in antiqua ipsorum consuetudine seruare Monasterium dignaretur, que talis est: *vt annuatim monasterio duo pondera mansio quelibet teneatur; Item abbatem recipient annuatim, dantes pro sua procuracione porcum triennem, qui uulgo artan dicitur et panes, ac ceruisiam et pabulum, sicut decet; Item id aduentu Regis subuenient abbatи, sicut alij populi monasterij prenotati. Item in festiuitate sancti Benedicti de communi soluent duas oues; Item in equo suo seruient et ibunt, quocunque abbas in facto Monasterij eos duxerit destinandos.* Hac condicione adiecta, quod si de cetero maliciose a prenotati Monasterij seruicio se retraxerint, vbi cumque reperti, seu inuenti fuerint, ipsi et eorum filij *in seruitutem superannominiati Monasterij sancti Benedicti perpetuam redigentur.* In Cuius rei plenissimam firmitatem presentes Litteras nostras priuilegiales abbatи et Conuentui predicti Monasterij concessimus, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini Millesimo Ducentesimo quadragesimo Septimo, Idus Januarij, Regni autem nostri anno Duodecimo.

Hártyán igen szépen irva. Az elveszett pecsét zöldsárga selymen füg-

<sup>1)</sup> A nyitrai káptalannak 1428. évi átiratában: *Luosisag.*

gött. — Lad. 9. fasc. 1. Nro. 2. — Fejér csak rövid kivonatát adja IV. I. 480. 1. — Érdekes ez okmány a jobbágyok azon kori tartozásait illetőleg.

## 69.

1247. ápril hóban. — A pécsi káptalan bizonyítja, hogy Izépi Cel, Nána körüli szigetének felső részét s *Izsép* nevű földjének negyedrészét öt ezüst márkan eladt a sztergomi káptalannak.

## A.           B.           C.

*Farcasius Quinqueecclesiensis prepositus Totumque eiusdem loci Capitulum Omnibus, presens, scriptum cernentibus, salutem in domino. Nostri constitutus in presencia Cel filius Cel de villa, Ysep nomine, ex vna parte, presentibus ibidem magistro Abraam archidiacono de Ghumur et domino Petro sacerdote, canonicis et procuratoribus sancte Strigoniensis ecclesie, ex alia, Confessus est, quod ipse superiorem Insule medietatem cum Quarta parte terre nomine Ysep, certis metis in presencia parcium limitate, tam citra Danubium, quam ultra directe procedendo, a capite eiusdem Insule per Danubium usque ad ueterem Danubium, quod Scharduna vulgariter nominatur, Cuius Insule inferiorem medietatem iamdictum possebat Capitulum, eidem Capitulo uendidit Quinque Marcis de argento, nostra in presencia persolutis. Ita uidelicet, quod populi in terra memorata, citra Danubium commorantes, eundi, necnon ducendi sua animalia per terram ipsius Cel usque ad aquam Donole causa adaquandi, uel cuiuscunque negoti, liberum habebunt transitum. Preterea quartam partem eiusdem aque Donole debet ipsum Capitulum claudere et Cel alias tres et Quartam partem Capitulum habebit de pissibus ibi captis, tribus alijs partibus ipsi Cel remanentibus. Hoc insuper annotando, quod aquam Danubij, sicut terra ipsius Cel eundem occupat, a Meta sepedicti Capituli superius procedendo, ipse Cel cum procuratore Capituli locare debet annuatim et de emolumento tres habere partes, Quarta ipsi Capitulo remanente. Nos autem ad precum utriusque partis instantiam, Litteras presentes, nostri sigilli appensione roboratas conscribi fecimus, In supradicte uendicionis testimonium et munimen. Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XL<sup>o</sup> VII<sup>o</sup>. Mense Aprili. Yur-*

*kone Cantore, Theodoro Custode, Arnoldino decano, Ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus Petri magistri Lectoris Quinqueecclesiensis.*

Igen szépen irva. A pecsét-hártyaszinegen függött. — Lad. 31. Fasc. 1. Nro. 7. — Eddig kiadatlan. — Fejér ez évről szinte közöl egy a pécsi káptalantól kelt okmányt (VII. I. 293. l.) melyben az aláírások hasonlók e jelen okmányéihoz; de hogy hiba nélkül ne közölje; Petri magistri Lectoris helyett, *Rectoris*-t írt.

## 70.

1248. jul. 19. vasárnap. (XIV. Kal. Aug.) — Béla király István mester ötvösnék, ki primum felicis recordacionis patri nostro in arte aurifabrii fideliter seruuiusset és neki is e minőségen hasznos szolgálatokat tett, terram *Keseu, uel aliter Kerd appellatam* (Kis-Keszi), a castris *Hunth et Zulgageur* penitus exemptam, duorum aratrorum et dimidij usui subiacentem, prout per litteras ven. patris Stephani archieppi Strigoni., cui assignacionem terre illius commisimus, nobis innovuit, a terris *domine regine et ducatus* per medietatem diuisam et ab inuicem segregatam, pro terra descensuali adományozza.

Szépen irva; a pecséttörédék sárga ibolyaszínű selymen függ. — Lad. 34. Fasc. 1. Nro. 1. — Közli Fejér IV. II. 14. l., a 16. lapon 6. sorban Sathnica helyett kell *Scithnica*.

## 71.

1248. jul. 30. csütörtökön *Lyonban*. — IV. Incze pápa az esztergomi káptalannak megengedi tiltott időben is az isteni szolgálatot, de bezárt ajtók mellett és harangozás nélkül.

*Innocentius episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs . . Preposito et Capitulo Strigoniensi Salutem et apostolica benedictionem. Solet annuere sedes apostolica pijs uotis et honestis petencium precibus fauorem beniuolum impertiri. Eapropter, dilecti in domino filij, vestris iustis precibus inclinati, ut, cum generale interdictum terre fuerit, liceat uobis, ianuis clausis, submissa uoce, non pulsatis campanis, nominatim excommunicatis et interdictis exclusis, diuina officia celebrare, auctoritate uobis presentium indulgemus; dummodo causam non dederitis interdicto, uel id non contingat uobis specialiter interdici. Nullj ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, uel ei ausu temerario*

contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit; indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum *Lugduni* III. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Az ólompecsét veressárga selymen függ. — Lad. 44. Fasc. 1. Nro. 6. — Eddig kiadatlan.

### 72.

1248. Budán. — IV. Béla király, interuenientibus eciam precibus (Fejér: interventionibus et precibus) venerabilis Patris Stephani archiepiscopi Strigoniensis, Miklós őrkanonok- és sasvári esperesnek s általa az esztergomi egyháznak adományozza terras quasdam, ad Castrum *Neugradiense* pertinentes, que uocantur *Zelev*, és terram *Rendwey*, uicinam terre Martini (Fejér: Mrani.)

A pecsét zsinegestől elveszett. — Lad. 51. Fasc. 1. Nro. 3. — Fejérnél IV. II. 14. l.

### 73.

1248. marcz. 26. csütörtökön. (VII. Kal. April. Fejér: Septembris). — István esztergomi érsek előtt az esztergomi káptalan perbe fogta Oltumannum sacerdotem de villa *Balarad* (Modordorf) super decimis quatuor Curiarum, in eadem villa existencium, quas idem Oltumannus sacerdos detinebat, ut dicebant, eodem Oltumanno sacerdote hoc penitus negante et dicente, quod beate memoria *Johannes archiepiscopus* contulerat decimas dictarum Curiarum ecclesie sue, dum eam dedicaret. Az erről szóló oklevelet állítólag *in persecuzione Thartharorum* elveszté. Az érsek a káptalan azon három tagját, kik e tizedet beszedni szokták, eskütételre itélte, de midón azok az esküt leakarák tenni; Oltuman pap visszavonta állítását s elismerte, hogy e tized a káptalant illeti.

Szépen irva. A pecsét hártyassinegen függött. — Lad. 43. Fasc. 12. Nro. 1. — Közli Fejér IV. II. 12. l. — Az okmány küljén e szavak: super decima villa *Balarad* circa Tirna (Nagyszombat) későbbi kéz hozzáadta: nunc uocatur *Modordorff*. — Ez okmányból láthatjuk, hogy a modordorfi templom már 1205—1223. időközben (ekkor élt János érsek) szenteltetett fel; tehát egyike a legrégebbi plebániáknak.

### 74.

1249. nov. 28. vasárnap. (IV. Kal. Dec.). — IV. Béla

*király, miután Archinus comes camere nostre, nacione Venetus, nunc ciuis Strigoniensis, ad dominam Mariam Reginam Hungarie, karissimam consortem nostram humiliter accedens, supplicando postulasset, Ut filium suum a sacro fontis lavacro dignaretur eleuare, matrique ecclesie ut catholicum sociaret. Cuius petitioni eadem domina Regina annuens, diuineque gracie infantulum, eidem comiti Archino diuinitus concessum, associare cupiens, nomineque nostro, Bela videlicet, eidem infantulo imposito, a sacro fonte baptismatis duxit eleuandum; ezen Archinus- és fiának adományozza quandam terram Nyvr vocatam, prope Strigionum existentem, in qua quatuor mansiones Vduuornicorum nostrorum et quatuor thauarnici nostri residencebant, ac terram Buchariorum Reginalium, in eadem terra existencium, simul cum terris Zocco, Ivachim, ac aliorum hominum, sine herede decedencium.*

Igen szép nagy betűkkel irva. A pecsétböredék ibolyaszínű és zöld selymen függ. — Lad. 29. Fasc. 1. Nro. 1. — Közli Fejér IV. II. 39. l., a 14. sorban: filium = vt filium suum; 40. l. 19. sor: ville = Bille; 25. sor: Yberheeg = Ykerheeg; 28. sor: Felbud = Felkut; 41. l. 10. sor: intra = in terra; 25. sor: Cancellarii után kell: dilecti et fidelis nostri.

## 75.

1250. — Vanehai István érsek György nagyszombati lakosnak ítéletileg szerzett nagyszombati ingatlan javait az esztergomi káptalannak adományozza.

*Stephanus dei gratia Strigoniensis archiepiscopus Omnibus, presentes litteras inspecturis, salutem in salutis largitore. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod cum Georgius de Tyrna in iudicio villici, Ceterorumque Judicum de eadem Tyrna nobis in triginta et sex Marcis argenti debitor remansisset et pluribus sibi terminis, ad solutionem assignatis; non haberet, unde ipsam summam pecunie persolveret et dicti villicus et iudices curiam, domos, agros et alias possessiones, quas idem Georgius habuit in Tyrna, pro antedicto debito nobis instituissent; nes easdem Curiam, domos, agros et alias possessiones pleno iure, sicut nobis fuerant institute, diuine intuitu pietatis et ob remedium anime patris mei, qui in ecclie beati Adalberti atrio requiescit, Capitulo*

Strigon. contulimus perpetuo possidendas. Et ut hec collacio perpetue firmitatis robur optineat, presentem paginam conces-simus Capitulo supradicto, sigilli nostri munimine roboratam. Datum Anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> Quinquagesimo.

Igen szép irás. A pecsét hártyászinegen függött. — Lad. 43. fasc. 1. Nro. 2. — Eddig kiadatlan,

### 76.

1250. — A budai káptalan bizonyítja, hogy a muzslaiak Ebeden levő birtokukat részint adományozták, részint eladták az esztergomi káptalannak.

#### A.      B      C.      D.

Capitulum ecclesie Budensis, vniuersis, presens scriptum inspecturis, salutem in domino, vniuersitati vestre significamus quod cum Petrus decanus canonicus strigoniensis, procurator ecclesie strigon., ab vna parte, *Bene* filius *Zena*, *Jacob* et *Zup* filij Bartholomey de *Musla*, ex altera, coram nobis fuissent constituti; prenotati homines de *Musla* confessi sunt, *Bazam*, *Boronch* et *Bartholomeum*, antecessores ipsorum cognatos, porciones eorumdem hereditarias quas habebant in terra Ebed, ecclesie donasse strigoniensi, partem eciam Zene in eadem terra, quam nunc possidet ecclesia strigoniensis, *Hyze* *Cantorem* strigoniensem emptio iure possedissee. Insuper ipsi eciam porciones Georgij et Pauli, cognitorum suorum, *quos in persecuzione Tatarorum dicebant fuisse peremptos*, supradicto Capitulo strigon., cuius terris in prefata terra Ebed prenunciatorum hominum porciones interiacent, nullo contradicte exhistente, pro duabus marcis et dimidia argenti vendiderunt Capitulo strigon. perhenniter possidendas. Obligantes se, quod si vni-quam super terra, per ipsos uendita, aliqua Lis emerserit; ipsi ab omnium inquietacione fratres Strigoniensis Capituli tenerentur reddere absolutos, dictamque summam pecunie confessi sunt se ad plenum recepisse, renunciantes omni iuri, quod ipsis et ipsorum cognatis in predicta terra Ebed quounque titule competebat. Datum per manus magistri *Ambrosij* Lectoris, anno gracie Millesimo cc<sup>o</sup> Quinquagesimo. *Aaron* Cantore, *Thoma* tercio (igy) custode, Paulo decano et ceteris existentibus.

A pecsét vereszöld selymen függött. — Lad. 27. fasc. 1. Nro. 3. — Kivonata Fejérnél IV. II. 81. 1.

## 77.

1251. márcz. 21. kedden. *Budán.* (XII. Kal. Apr. Fejér e keltet kihagyta.) — Benedek kalocsai érsek terram quandam, nomine *Vrcutha iuxta Strigonium*, melyet IV. Bélától kapott, és quandam aliam terram eidem adiacentem, melyet pénzen szerzett, István esztergomi érseknek, cui a primeuis temporibus fueramus sincere dilectionis et amicicie nexibus copulati, adományozza, ennek kérése folytán, attendentes, quod et si maiora de nostro sibi placita (Fejér: placito) extitissent; eius beneplacitis (Fejér: minoribus placitis!) acquiescere deberemus (Fejér: debemus.) Továbbá quia in eadem terra in (Fejér: et) monte quoque *Strigoniensi* quasdam uineas habebamus, quarum fructus ad predictam villam nostram de *Vrcutha* consueuerant prouenire, quum (Fejér: cum) eadem villa, ut diximus, in dominium predicti archiepiscopi per nos translata fuerat; ipsas (Fejér: ipsi) eidem domino archiepiscopo pro precio tredecim marcarum argenti uendidimus, irreuocabiliter possidendas.

A pecsét hártyaszinegen függött. — Lad. 51. fasc. 1. Nro. 4. — Fejérnél IV. II. 82. 1.

## 78.

1251. máj. 19. pénteken. (XIV. (Fejér e kelt számot kihagyta) Kal. Junij.) *Esztergomban.* — Chák királyi tárnomester bizonyítja, hogy Esztergomban levén, felszólította *Fülöp pilisi föispány*, hogy melléje hiteles emberét küldje ki, mivégre kiküldé *Nicolaum filium Sudan* (Fejér e szavak helyébe ez egy szót teszi: Sudum!), ki visszajövén, állítá, hogy Fülöp föispány a király parancsa folytán az esztergomi vám birtokába super quo *villicum et Burgenses* (Fejér: Burgensem) vici *latinorum Strigonien*. conuenerant, beigtatá az esztergomi káptalant.

A pecsét hártyaszinegen függött. — Lad. 47. fas. 1. Nro. 3. III. Endre királynak 1290. évi átirata és Fejér is IV. II. 343. l. ez okmány keltét hibásan 1255. évre teszik.

## 79.

1251. *Visegrádon.* — Mária királyné nehány *epeli* lakost

a harcosz jobbágyok sorába felvesz s *Kövin* 32 hold föddel ajándékozza meg.

Nos M. dei gracia Regina Hungarie omnibus, quibus presentes ostenduntur, volumus fieri manifestum, quod nos insipientes seruicia et fidelitates fidelium nostrorum Symonis et Oltumerani (?), filiorum Nicolay Miko de *Epel*, hanc duximus eisdem graciam faciendam, quod ipsos *Jobagiones exercitiales* ordinauimus, donantes eisdem in willa *Kuuy* triginta duo iugera terrarum de terra Reginali, ubi melius inuenitur, et eorumdem filijs et filiorum successoribus perpetuitaliter et inreuocabiliter possidendum. Datum in *wissegard* per manus *Akus* prepositi. Anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>L.<sup>o</sup> primo.

A pecsétörök veres selymen függ. — Lad. 26. fasc. 1. Nro. 2. — Eddig kiadatlan.

#### 80.

1251. — István esztergomi érsek Macskarév (Mach-kazormv, Fejér: Machkarwv) földnek egy részét visszaadja György szentbenedeki apátnak, miután hiteles személyek által tulajdoni jogát bebizonyítá.

Kis hártya: A pecsét rózsaszínű selymen függött. — Lad. 12. fasc. 1. Nro. 1. — Közli Fejér IV. II. 81. l., ki azonban a 82. lapon a 10. sorban e szavak után: dejnde tertia meta est, kihagyta ezen szavakat: secus viam, quarta et quinta meta est. Továbbá a 14. sorban *Sceuleus* helyett *Se-wleus* szavat használ.

#### 81.

1251. — Jakab mester főnök és az esztergomi keresztes lovagok konventje bizonyítja, hogy xpoforus de Lucen harmad-fél ezüst márkan Vancsay István esztergomi érseknek eladta quandam particulam terre sue hereditarie de *Lucen*, ad duo aratra sufficientem, sitam in Comitatu *Neugradiensi*, — — contigvam terre eiusdem domini archiepiscopi, *Hothwon* nuncupate.

A pecsétörök ibolyaszínű selymen függ. — Lad. 49. fasc. 1. Nro. 3. — Közli Fejér IV. II. 117. l.

#### 82.

1252. márcz. 26. kedden. — IV. Béla király Simon és társainak *Kerd* és *Keszin* levő két ekényi földét átadja a szal-

kaiaknak, cserébe adván érte a Hont várához tartozott s három ekényi *Husan* földet.

Bela dei gracia H. D. Croachie, R. S. G. L. Cwmanieque Rex Wniuersis, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium saluatorem. Cum culmen nostre deceat maiestatis, ea, que a nobis acta sunt uel concessa sic effectui mancipare, ut processu temporis valeant minime Reuocari: duxit nostra serenitas omnibus declarandum, Quod cum terras hereditarias Symonis, Stephani, atque Petri, filiorum Temer, et Alexandrij, filij Pwke, necnon et Elie terram empticiam ad duo aratra, quas in terra Kerd et in terra Kezyv pacifice possidebant, eisdem duximus auferendas; terram *Hwsan* arabilem ad tria aratra existentem, cum silua et feneto, nemore et cum aliis omnibus suis pertinenciis, exemptam a castro *Hwntensi*, carentem habitatoribus, in permutacionem, sev concambium predictarum terrarum, quas *hospitibus nostris de Zalka* fecimus assignari, concessimus, contulimus, dedimus atque tradidimus Symoni, Stephano, Petro, Alexandro et Elie supradictis, heredibus, heredumve successoribus, perpetuo possidentiam, fecimusque predictos viros introduci per fidelem nostrum *Baach* magistrum in corporalem possessinnem terre memorare. Mete igitur seu termini dicte terre, sicut idem fidelis noster magister Baach nobis retulit, hoc ordine distinguntur. Prima meta incipit a fluvio, qui *potok* dicitur, et tendit ad duas arbores *vlmi*, que *zylfa* dicuntur, et ibi sunt due mete; inde procedit ad siluam in *Ozowpotok*; Inde uadit ad locum, qui *Harsandiur* dicitur et inde ad vnam arborem *Tylie*, sub qua est meta; Inde procedendo per siluam, venit ad vnum *Berch*, vnde descendit ad *Kyralitme* et ibi sunt due mete; deinde uenit ad *oscewpotok* et transit per medium illius et vbi transit illud apud locum, qui *Gysnowfyres* dicitur, iuxta vnam quercum sunt due mete et inde transit vnum oscewpotok et venit ad quoddam Berch, in cuius medio sub duabus ylicibus sunt due mete, inde vadit ad duas metas, que separant ipsam terram a terra *Mowka* et *Crystofori* et incipit tenere metas cum *Azaria* et *Samuele*; Inde per duas metas procedendo, vnit inferius ad illum fontem, vbi incaperat et sub

quidam (igy) salice terminatur. Ut igitur Huiusmodi acta, aut concessa processu temporis salua semper permaneant et illesa: presentes concessimus litteras, sigilli nostri duplicitis munimine consignatas. Datum anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> Quinquagesimo Secundo Septimo kalendas aprilis, Regni antem nostri Decimo octauo.

A pecsét veressárga selymen függött. — Lad. 34. fasc. 1. Nro. 2. — Hibásan említő Fejér IV. II. 170. l.

## 83.

1252. — IV. Béla király venerabilis Pater (Vancsay) Stephanus archiepiscopus Strigoniensis, per sedem apostolicam in Episcopum Prenestinum et Ecclesie Romane Cardynalem assumptus, — kérésére Marcellus de Modor de Comitatu Camariensi, kit, Bencze, Marcel és Eliás fiaival együtt, II. Endre király a szolgagyöri várjobbágyok (de iobagionibus Comitatus (Fejér: Castri) Zulugageuriensis) osztályából a nemesek sorába felvett, de kik az erről tanuskodó levelet a tatárjárás alatt elvesztették, ismét megerősítő e szabadalomban a őket az érseknek és neki tett szolgálataik jutalmául s miel Elyas, eiusdem Marcelli filius, ad Romanam Curiam intendere cum ipso (archieppo) proficiisci: a nemesek szabadságának élvezetései jogával ujlag megadományozza.

Igen szép, olvasható írás. A kettős pecsét töredéke veressárga selymen függ. — Lad. 49. fasc. 1. Nro. 4. — KÖZLÖ Fejér IV. II. 138. l.

## 84.

1252. Esztergomban Vanchai István esztergomi érsek előre bocsájtván, quod cum nos olim contra Jurk, filium Othuz (Fejér: Ochus) Bani questionem quandam mouissemus, et venerabilis Pater Benedictus Colocensis archiepiscopus, qui pro eodem Jurk causam ipsam contra nos defendebat, in multis iudicij suis fuisse condempnatus, exigente iusticia, tandem idem dominus archiepiscopus, ne amplius in prosecuzione eiusdem litis procederemus, quandam villam suam, que vocatur Wrcutha iuxta Strigonium, — nobis cessit; most, cum tempore precedente nas in porticu majoris Ecclesie nostre Strigoniensis altare in Honore beate Lucie virginis erigi fecissemus pro remedio animo bone memoria Comitis Orbazi, Patrie nostris, cuius corpus in ipsa por-

*ticu in domino requiescit; ezen helységet ez általa alapított oltárnak adományozza, hogy belőle egy áldozár segédjével együtt ez oltár szolgálatában élhessen; oda ajándékozván az Urkutjához tartozó s Benedek kalocsai érsektől vett két szőlöt is, quarum una est sita iuxta *puteum Wrcutha et alia in monte Bala*. Az oltárfünök az isteni szolgálat és a javak pontos kezelésén kívül tartozzék in die anniuersario obitus predicti Patris nostri et in festo S. Lucie virginis *Capitulo Strigoniensi generali et solemnem collacionem propinare.**

A pecsét rózsaszínű és sárga szímen tüntetik fel. — *Lad. 51. fasc. 1. Nro. 7. — Fejérnél IV. II. 148. l.* — Ez okmánynak itt elszorott szavai sajátságosan tüntetik fel Benedek kalocsai érseknak ez Urkutjának általa történt adományozásáról a 77. számban felhozott szavait. — Továbbá ez okmánynak ezen különben szokatlan, zárszavai: *Pontificatus nostri anno Nonō; világosan mutatják, hogy Vanchai István nem, mint általánosan állítatik 1242-ben, hanem egy évvel később 1243-ban lett esztergomi érsek; hacsak bimbornokká lett a 1243. történt kineveztetését nem érti e szavak alatt.*

### 85.

**1253.** — Mihály sárosi — és Mihály, Mikó fia, zólyomi főispányok IV. Béla király parancsára Apáti földet odaitélik a sz. benedeki egyháznak s határait röviden leírják.

Kis hártányán, melyről hártyaaszeleteken két pecsét tüngött, de csak egyiknek töredéke van fen. — *Lad. 7. fasc. 5. Nro. 1. — Közli Fejér IV. II. 205. l., hol a 6. sorban Soulumku (Sólyomkő) helyett Zolumku szavat tesz. A 206. lapon 14. sorban sub castro W. et P. comitum szavak alatt az eredetiben ezen kitörölt szó olvasható: (sub castro) Susol; talán ezen vár értetik itt.*

### 86.

**1254. okt. 2. pénteken.** — *Anagniában.* — IV. Incze pápa megengedi, hogy az esztergomi érseket és káptalant a sz. szék különös meghagyása nélkül a pápai követ egyházi büntetéssel ne sujthassa.

*Innocentius episcopus, seruus seruorum dei Venerabilij fratri . . . Archiepiscopo et Dilectis filijs Cápitulo Strigoniensi Salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas sincere obsequentium uota fidelium fauore beniuolo prosequi conueuit et personas illorum, quos in sua deuotione promptos inuenerit et feruentes, quibusdam (titulis) decencius decerare. Ut igitur ex speciali deuotione, quam ad nos et Ro-*

manam Ecclesiam habere noscimini, sentiatis uobis (fauo)rem apostolicum non modicum accreuisse; auctoritate uobis praesentium indulgemus, ut nullus Delegatus, (uel) Subdelegatus, Executor, aut etiam conseruator, auctoritate sedis apostolice, uel Legatorum ipsius in uos, uel ecclesiam uestram excommunicationis, suspensionis, uel interdicti sententias promulgare, aut interdicere uobis ingressum ecclesie (ua)leat, absque speciali mandato sedis eiusdem, faciente plenam et expressam de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum — — — s tovább, mint a 71. számban. Datum *Anagnie VI.* Nonas Octobris, Pontificatus nostri anno Duodecimo.

Szakadozott s több helyt elmosódott s már nehezen olvasható hártyán.  
Az ólompecsét veressárga *selymen* függ. — Lad. 44. fasc. 1. Nro. 7. — Edig kiadatlan.

## 87.

1254. okt. 2. pénteken. *Anagni*ban. — IV. Incze pápa meghagyja a pilisi és bakonyi cistercita rendü apátoknak, hogy az esztergomi érseket és káptalant ama szabadalmiakban, mely szerint a szent szék különös oltalma nélkül egyházi buntetéssel ki által sem sujthatók, megvédelmezzék.

Innocencius Episcopus seruus seruorum dei Dilectis filijs . . . de *Pelys* et de *Boccon* abbatibus, Cysterciensis ordinis, vesprimensis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas sincere obsequencium uota fidelium fauore beniuolo prosequi consueuit et personas illorum, quos in sua deuocione promptos inuenerit et feruentes, quibusdam titulis decencius decorare. Vt igitur ex speciali deuocione, quam venerabilis frater noster . . . Archiepiscopus et Dilecti filij Capitulum Strigoniense ad nos et Romanam ecclesiam habere noscuntur, senciant sibi fauorem apostolicum non modicum accreuisse; eis per nostras duximus litteras indulgendum, vt nullus delegatus, uel subdelegatus, executor, aut etiam conseruator, auctoritate sedis apostolice, uel legatorum ipsius, in eos, uel ecclesiam ipsorum excommunicacionis, suspensionis, vel interdicti sentencias promulgare, aut interdicere ipsis ingressum ecclesie ualeat, absque speciali mandato sedis eiusdem, faciente plenam et expressam de Indulgencia huiusmodi

mencionem. Quocirca Discretioni vestre per apostolicā scripta mandamus, Quatenus dictos archiepiscopum, Capitulum et ecclesiam non permittatis super Hijs contra concessionis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestare; molestatores Huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo; non obstante, si aliquibus, quod excommunicari, suspendi, vel interdici, aut conueniri extra certa loca non valeant, a sede apostolica sit indulatum, et constituzione de duabus dietis, edita in concilio generali. Datum anagnie VI. Nonas octobris, Pontificatus nostri anno XII.

1333. évi Átiratból. — Lad. 44. fasc. 1. Nro. 8. — Eddig kiadatlan.

### 88.

1254. nov. 2. hetfön. — Endre Petres fia és Mikó Kersen fia, *Fehéregyház*, *Tikus* és *Szöcseny* birtokok felett egyezkednek a sümegi konvent előtt.

Conuentus monasterij sancti Egidij de Simigio omnibus xpi. fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presentes litteras inspecturis, salutem, in omnium saluatorem. ad uniuersorum noticiam harum serie litterarum uolumus peruenire, Quod Andreas, filius, *Petres de feirighaz*, ab una parte, Mikou, filius *Kersen de Tikus* ex altera, in nostra constituti presencia, confessi sunt oraculo uiue uocis, ut per compositionem comitis Johannis filij *Isip* et Gregorij filij *Gieel de genere beuu* (?), ac *Chama de Huruathkut*, ob dilectionem cognacionis, super causa diuisionis possessionum ipsorum, olim facte, hoc modo se reformassent, ut sicut olim predictus Kersen, pater eiusdem Mikou, et dictus andreas diuiserant inter ipsos possessiones eorum, eodem modo commisissent; uidelicet possessionem *feirighaz* cum omnibus utilitatibus suis, sub antiquis metis et terminis, quibus a uicinis suis separatur, dictus mikou commisisset et reliquisset andree predicto et suis posteritatibus perpetuo possidere; econuerso autem idem andreas possessionem *Tikus* et porcionem eorum, in *Zeuchen* habitam, dedit et reliquisset eidem mikou et suis heredibus similiter perpetuo possidere; tali obligacione mediante, quod si processu temporis ipsam diuisionem, aut ipsi, uel aliquis de posteritatibus ipsarum reuocaret; illi, qui ipsam diuisionem ubueraret,

L. (50) marcas, sine porcione iudicia dare teneretur. In cuius rei stabilitatem et firmitatem ad peticionem parcium super hec premissa ambabus partibus deditus litteras nostras, sigilli nostri munimine communitas. Datum in die animarum, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LIII<sup>o</sup>.<sup>oo</sup> Beato abbate, Benedicto decano, lucach custode, baldino cantore, andrea bisseno celerario,\*) ceterisque fratribus, ibidem existentibus.

A pecsét veres fehér és ibolyaszínű selymen függ. — Lad. 26. fasc. 6. Nro. 1. — Eddig kiadatlan.

### 89.

1255. aug. 10. kedden. — IV. Béla király Dobrina és fainak odaitéli az általok Bud-s társaitól az éhség idején megvett Szelepcsény földnek felét, mert az általa kiadott országos rendelet folytán az éhség idején eladt javak vissza nem követelhetők.

BEla dei gracia Hungarie, Dalm., Chroatie, Rame, Serbie, Gallicie, Lodomerie, Cumanieque Rex, vniuersis, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. Vigent lites et regnaret materia iurgiorum, nisi ea, que iuris ordine terminantur, per eterni scripti memoriam reciperent firmitatem. Proinde ad uniuersitatis uestre noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum Pousa filius Bala, Buc filius Balasey, Georgius filius Bud, Juane filius Scayz-lai (igy), a Dobrina, Miko et Woyn filijs eiusdem et Woyzla, ac Thoma iobagionibus monasterij sancti Benedicti de Grana, qui prius de seruientibus nostris fuerant oriundi, medietatem terre ipsorum iobagionum, nomine Scylipche, videlicet ad duo aratra, repeterent in iudicio coram nobis, utpote indebita occupatam; ijdem Dobrina, Miko, Woyn, Woyzlaus et Thomas ex aduerso responderunt, quod ipsi predictam terram a Bud patre dicti Georgij et fratre eiusdem Georgij nomine

---

\*) Cellarius = Cellarius. Hatáskörét így írja le Lanfrancus (Decr. Ord. S. Ben. 8. fej.) „Ad Cellarii ministerium pertinent omnia, quae in pane et potu et diversis ciborum generibus fratribus sunt necessaria, . . . procurare, omnia vasa cellarii et coquinas et scyphos et iustas (italédény) et cetera vasa refectorii, et omnem horum trium necessariam supellectilem ministrare.“ (Dn Gange II. 1012. 1.)

**Gurganus, Egydio fratre dicti Juane, Legk filio Mykuna et**  
**Doncus fratre dicti Pouse coram Nitriensi Capitulo famis tem-**  
**pore comparassent, super quo per litteras eiusdem Capituli**  
**nobis fecerunt fidem plenariam adhiberi. Cum ergo per totum**  
**regnum nostrum edicto generali duxerimus statuendum, ut pos-**  
**sessiones alienate famis tempore nequeant reuocari; decreuimus**  
**ut medietatem dicte terre Scylipche, usui duorum aratrorum**  
**sufficientem, prefati Dobrina, Miko, Woyn, Woyzlaus et Tho-**  
**mias debeat perpetuo pacifice possidere, sicut in litteris Ni-**  
**triensis Capituli continetur, cum easdem dictus Pousa et socij**  
**sui nullatenus dixerint esse falsas. Ceterum cum unicuique**  
**ex debito regiminis simus in sua iusticia debitores, decreuim-**  
**us, ut medietas dicte terre Scylipche, existens extra litem,**  
**ipsis Pouse, Buc, Georgio et Juane cedere debeat, cum uen-**  
**dicioni partis relique facte coram Nitriensi Capitulo, eos in**  
**nullo penitus constiterit consensisse. Vt igitur sepedicti Do-**  
**brina, Miko, Woyn, Woyzlaus et Thomas medietatem dicte**  
**terre Scylipche, emptam coram Nitriensi Capitulo, ualeant pa-**  
**cifice possidere, in testimonium huius rei presentes litteras**  
**dari fecimus, duplicitis sigilli nostri munimine roboratas. Da-**  
**tum per manus magistri Smaragdi Albensis ecclesie prepo-**  
**siti, Aule nostre vicecancellarij, Dilecti et fidelis nostri. Anno**  
**domini Millesimo, Ducentesimo, Quinquagesimo quinto, Quar-**  
**to Idus Augusti, Regni autem nostri anno vicesimo.**

Hártyán szépen írva. A pecséttöredék veressárga selymen függ. —  
 Lad. 9. fasc. 2. Nro. 2. — Fejér csak három soros kivonatban ismeri IV.  
 II. 360. 1. — Ez okmány tanuskodik ama nagy éhségről, mely hazánkban  
 a tatár pusztításnak következménye volt.

## 90.

1255. — IV. Béla király, miután az esztergomi polgárok  
 a tatárok berontása után csak a külöldről hozott kelmek után  
 akartak a káptalannak vámot fizetni; a káptalan pedig min-  
 den bárbonnan hozott kelme után követelte azt s e követe-  
 lését sokak tanúságával erősíté; — azt határozta, hogy „sex  
 de testibus Capituli Strigoniensis, quorum nomina hec sunt:  
*Thomas Lector Agriensis pro se, Fareasius archidiaconus de Borsua pro Capitulo Agriensi, Stephanus Comes filius Martini,*

*Jako (Fejér : Jacobus) comes, frater Martini bani, Seyfridus de Sceuden (Fejér: Guisfridus de Szenden!) comes albensis; Item sex alij de eodem Capitulo Strigoniensi, Phylippus prepositus, magister Paulus Lector (Fejér: Doctor!) Vincencius Archidiaconus Nitriensis, Bense (Fejér: Benk) Cantor, Andreas prepositus sancti Thome et Nicolaus sacerdos; — a káptalanak ebbeli jogát esküvel erősíték, kik ezt meg is tevék az esztergomi keresztes lovagok templomában Loránd nádor előtt, minek folytán a király a polgárokat a vámfizetésben elmarasztalja.*

III. Endre királynak 1290. évi átiratából. — Lad. 24. asc. 1. Nro. 7. — L. Fejérnél IV. II. 304. 1.

### 91.

1255. — Az esztergomi városhatóság bizonyítja, miszerint Jób neje, a sz. Pál kúlvárosából, hogy betegségében orvosok tanácsával élhessen, e költség megszerzésére eladta földjét az esztergomi káptalannak.

Nos *Jakmynus* maior ville ceterique ciues de vico *Strigoniensi* tenore presencium significamus vniuersis, quod filia Mathei, uxor Job, *de sancto Paulo extra fossatam*, dum infirmitate uexaretur, exoptans curan medicorum, pro necessariis expensis terram suam extra et prope eandem fossatam, terre Capituli Strigoniensis ecclesie contiguam et conterminalem, sub nostro testimonio perambulatam et iniuratam, cuius longitudo est centum viginti quatuor ulnarum et latitudo eius nonaginta duarum ulnarum, cum ulna de vico, que uulgo *Reyf* uocatur, de uoluntate et consensu omnium cognatorum suorum, necnon omnibus conterminalibus, seu vicinis dictae terre eonsentientibus et nullo contradictore existente, uendidit prefato Capitulo, perpetuo iure possidendam, pro duabus marciis et fertone, quas plene et integre persoluit Capitulum memoratum. Ut igitur huius vendicionis, ac empcionis series salua semper et inconcussa permaneat, nec possit per quemquam hominum in irritum reuocari, in perpetuam stabilitatem rei geste, presentes concessimus litteras, *duplicis* nostri sigilli munimine roboras. Datum Anno dominice incarnationis Millesimo Ducentesimo Quinquagesimo Quinto.

Kár, hogy a veres vélymen függött pecsét elveszett, s így meg nem hártozhatjuk, milyen volt esen, különben csak királyaink által használni szokott, kettős pecsét. — Lad. 24. fasc. 1. Nro. 12. — Rövid kivonata Fejérnél IV. II. 362. l., hol azonban *Joachinus* olvasható.

## 92.

1256. jan. 9. vasárnap. — IV. Béla Viski Péter honthi várjobbágytól elkérvén *viski* részbirtokát, helyébe a honthi várhoz tartozott *Ság* földnek felét adja neki.

Bela dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. Cumanieque Rex Vniuersis christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, Salutem et omne bonum. Regalis benignitas erga statum subiectorum, pia sollicitudine promouendum, manum consueuit porrigere adiutricem, ut subiecti quiete uiuant, Regie Serenitatis gracia fomentati. Proinde ad uniuersorum noticiam, tam presencium, quam futurorum, harum Insinuacione uolumus peruenire, Quod cum Nos petuiussemus a Petro filio *Mochurka de Wysk*, Jobagione Castri nostri Hunthensis, ut porcionem suam hereditariam, quam habet de terra *Wysk* uocata, Videlicet Dimidiā Partem tocius terre *Wysk*, ab alijs Cognatis suis Recisam et separatam, ad se solum pertinentem, in Comitatū Honthensi, circa fluuium *Ipol* sitam, Nobis daret et conferret pro Concambio alterius terre; Idem Petrus de Bona sua uoluntate et propria fidelitate, pro nostra dilectione et ob remuneracionem nostre gracie, cupiens satisfacere Regie uoluntati et desiderans impendere Regali Corone fidelitatem; prefatam Terram suam *Wysk* Nobis concessit, permisit et dedit possidentam et conferendam, cuicunque uellemus, cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis, quibus ipse possidebat. Et quia Nobis et Corone tantam fecit fidelitatem; Nos Econuerso pro Concambio medietatis dicte Terre sue, Medietatem cuiusdam Terre Castri nostri hunthensis, *Saag* uocatę; circa fluuium *Corpona* adiacentis, quam homo noster dixit ad octo aratra esse sufficientem et ad nostram collacionem de iure spectantem, cum Eisdem Metis, terminis, utilitatibus et pertinencijs suis, quibus ad nos pertinebat, absque porcione cognatorum suorum, tam sibi, quam eius heredibus, heredumque suorum successoribus, deditimus, donauimus et contulimus, iure

perpetuo et irreuocabiliter ad habendum et quiete possiden-  
 dum, a Nemine successore nostre posteritatis, seu aliorum,  
 post elapsum longi temporis aliquis (igy) repetendam aut re-  
 quirendam. Nos autem insuper Regia inducti Benignitate, vi-  
 sa et cognita ipsius grata et magna fidelitate, quam nobis pre-  
 buit in hac parte, Et quia tante fidelitatis Exhibitorem Re-  
 giam decet Maiestatem diligere et remunerare; supradictum  
 Petrum et omnes successores sue posteritatis Excepimus et  
 Exemimus a seruicio et condicione Jobaglonatus Castri nostri  
 Hunthensis, collocando, constituendo et ordinando ipsum et  
 eius heredes, heredumque successores in collegium et numerum  
 Regalium Seruientum (igy) nostrorum, ad nostram recipiendo  
 graciā et proteccionem specialem. In eius terre possessio-  
 nem eundem Petrum per dilectum et fidelem hominem no-  
 strum Magistrum *Bach*, auctoritate Regia fecimus Introduci.  
 Cuius Prima et Capitalis meta inchoatur sub Scissura cuius-  
 dam montis *Hradyscha* uocati, ubi est eciam alia meta Ecclesie  
 de Saag, Tercia vduornicorum. Deinde procedit supra uersus  
 Aquilonem sub eodem Monte, per spaciū duarum Sagittarum,  
 et ibi est una Meta, postea circuit eundem Montem per quod-  
 dam fossatum, que dicitur fossa *Gigantium* et in capite illius  
 fossati sunt due Mete. Abhinc descendit de eodem monte di-  
 recte ad unum locum, in quo uadit supra et circuit unum  
 pratū et in fine illius prati est meta. Post hec uadit ad  
 quandam uelociorem portum fluuij *Corpona* et ibi transit et  
 iuxta unam uiam est meta. Et per eandem uiam uadit supra  
 uersus orientem ad magnam viam, que venit de Saag, Juxta  
 quam est una meta inter paruas *Spinas*. Deinde ascendit per  
 spaciū unius *Jugeris* et similiter inter spinas est meta. Post-  
 hec uadit ad quandam Arborem piri, sub qua est una Meta  
 circa magnam viam. Deinde intra siluam per modicum spa-  
 ciū ad quandam Arborem *Vlmi*, que vulgari nostro dicitur  
*Magolffa* et ibi est meta. Postea ascendit per unam viam, circa  
 quam sub Arbore quercus est meta. Deinde uadit per eandem  
 uiam et cum ascendit montem, exit de ipsa Via et descendit in  
 ualle *Lypolchpathaka* et ibi sub quadam Arbore *Tilie* est me-  
 ta. Posthec descendit uersus Villam *Olwar* et exit de ualle ad

dexteram partem et circa viam sub Arbore Ilicis scilicet *Twiffa* est Meta. Deinde descendit uersus terram Ecclesie de Saag, sub quadam arbore Vlmi est meta. Postea descendit uersus occidentem in uallem siccam, in cuius Capite est una meta. Post hec descendendo ad magnam viam, iuxta quam sub Arbore Ilicis est meta. Deinde descendit directe ad quoddam Nemus, Juxta *Kwrthws pathaka* sub arbore laticis *Scylffa* est meta et ibi intrat in pothok et descendendo per Modicum spacium, exit et uadit ad aquam Corporna, ultra quam sub Salicis Arbore *fyzffa* est meta. Postea in uno Nemusculo sub Arbore Acis seu *Juhor* est meta. Deinde iuxta pratum sub Arbore piri est ultima meta. Posthec peruenit ad priores tres metas, unde processerat et ibi terminatur. Ut igitur hec nostra donacio et constitucio; tam sepedicto Petro, quam ipsius successoribus robur obtineat perpetue stabilitatis, in Argumentum maioris firmitatis litteras nostras concessimus, dupplicis sigilli nostri Munimine Roboratas. Datum Per Manus Magistri *Farkassij* prepositi Albensis Aule nostre Vice Cancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo Dueentesimo Quinquagesimo sexto, quinto Idus Januarij, Regni autem nostri Anno Vicesimo septimo.

Gróf Ujlaki Lőrincz országöröknak 1520. évi 4. töratlóból. — Lad. 10. fasc. 4. Nro. 4. — Eddig kiadatlan.

### 93

1257. — A budai káptalan bizonyítja, hogy Alexander, Ambrosius, Bene, Jacob et Zug, omnes de *Musla*, de comitatu Strigonensi ultra Danubium, Benedek esztergomi érseknek eladtak Muzslán terram ad decem et octo aratra pro triginta sex Marcis argenti, *boni, albi et fini*. Azonfelül ugyan Muzslán terram quinque aratrorum pro decem Marcis argenti *boni, regaliū denariorum in pondere*. Ehhez adiecerunt quandam particulam terre versus *Bela* cum vineis, que particula protenditur usque ad metas *ville domine Regine* (Fejér: ville regie!) que *Bela* appellatur.

A pecsét rózsaszíni szímen flüggött. — Lad. 49. fasc. 1. Nro. 5. — Fejérnél IV. II. 434. 1.

## 94.

1258. jan. 27. vasárnap. Esztergomban. — *Benedek esztergomfi érsek a Szebelébhez tartozó 110 holdnyi földet, melyet Rubin és János esztergomfi polgárok elfoglaltak, az esztergomfi káptalannak odaitéli, miután a prépost és Péter kanonok a hely színén előbb megesküdtek, hogy a kérdéses föld a káptalannak fennevezett helységéhez tartozik.*

*Benedictus diuina miseracione archiepiscopus Strigonensis, aule regie Cancellarius, Vniuersis xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in vero salutarj. Ad uniuersitatis vestre noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum ecclesie nostre Capitulum *Rubinum et Johannem* filios *Petri Collicaponis*, ciues *Strigonienses* ad nostram presenciam tecissent in iudicium euocari: contra ipsos fecerunt proponi, quod cum predicti Rubinus et Johannes haberent quandam terram in comitatu Huntensi, nomine *Domonig*, contiguam et confinem terre de *Scebeleb*, que est Capituli antedicti, ipsi antiquos fines egressi, quandam partem de dicta terra de *Scebeleb* clam, auctoritate propria, contra iusticiam occuparant. Quare petebant eosdem *Rubinum et Johannem* a prefata terra ipsorum, taliter occupata, per nos auctoritate iudicaria remoueri. Cumque prefati Rubinus et Johannes litem contestando respondissent, narrata non esse uera et petita fieri non debere; Tandem ijdem R. et J. uoluerunt et consenserunt spontanea uoluntate, quod *Philippus prepositus* ecclesie nostre et vnum canonicus *Strigoniensis* unacum homine nostro, ad hoc specialiter deputato, ad terram, que occupata dicebatur, accederent et eam, presente parte aduersa, fide inspicterent oculata et si in prefata terra constituti, deprehenderent illam non esse de terra Rubini et Johannis predictorum: sed pocius occupatam, quemadmodum est premissum; idem homo noster, recepto iuramento ab ipso preposito et socio suo, super eo, quod prefata terra, quam occupatam dicebant, sit de iure Capituli antedicti, eam *Strigoniensi* ecclesie, restitueret, iustas metas ibidem presentibus partibus erigendo; Alioquin ipsam relinqueret dictis Rubino et Johanni, ab eis pacifice possidendam. Nos ergo secundum voluntatem et beneplacitum predictorum Ru-*

bini et Johannis clericum nostrum fide dignum, magistrum videlicet *Benedictum* ad inspiciendum terram ipsam duximus cum partibus destinandum; Qui ad nos rediens, presentibus partibus dixit, quod predicti prepositus et socius suus, scilicet *Petrus* presbiter canonicus Strigoniensis, presente parte altera, super prefatam terram constitutj, eam diligencius inspexissent et tandem iurassent, illam esse de terra ville de *Scebehleb*, ad Strigoniensem ecclesiam pertinente, prout superius est praeatum. Vnde idem clericus noster metas in eadem terra, que, prout inspectores coniicere potuerunt, circa quantitatem centum et decem iugerum protendebatur, presentibus partibus erigens, eam auctoritate nostra ecclesie restituit antedicta. Mete autem erecte hoc ordine distinguntur. Prima meta incipit a septemtrione iuxta uiam in loco, ubi sunt due mete antique, Deinde vergit superius ad montem ad duas metas in planicie, quarum una est ecclesie sub arbore *Quercus*, altera *Rubini* et *Johannis*; Abhinc directe uadit ad duas metas, in *Berch*, (*Berek*?) positas et inde similiter uadit ad alias duas metas prope uiam sub arbore *Quercus*, ibique transit uiam ad antiquam pnetam, terra et lapidibus cumulatam et uadit in Berch versus meridiem ad duas metas terreas, in planicie positas. Inde directe vadit iterum ad duas metas, quarum vna est ecclesie, altera *Rubini* et *Johannis* sub arbore *Quercus*. Abhinc in Berch eundo, peruenitur ad duas metas, quarum vna est ecclesie antiqua et alia noua *Rubini* et *Johannis*. Deinde per medium vallis transuolat ad aliud montem, vbi sunt due mete et inde vadit iterum ad alias duas metas, in planicie positas. Abhinc descendit in magnam vallem ad duas metas terreas. Deinde ascendit iterum ad montem lapidosum, ubi sunt due mete terree. Inde ad arborem *Tulfa*, sub qua est meta in monte excelso. Abhinc descendit in magnam vallem similiter ad duas metas. Dein vergit superius ad magnum montem lapidosum, ubi sunt due mete et inde in Berch eundo, peruenitur ad antiquam metam ecclesie, iuxta quam est alia meta noua. Abhinc similiter ad duas metas, quarum una est ecclesie, altera *Rubini* sub arbore *Tulfa*. Dein per eundem Berch eundo, peruenitur ad duas metas antiquas, quarum vna est ecclesie,

altera Rubinj sub arbore Querous et tereia posita est ex parte terre *ville Pyr*, ibique terra Rubinj terminatur et incipit terra ecclesie tenere metas cum dicta villa. Pyr ex parte meridionali. Ut igitur huius facti series perpetuo persecuetur, nec vñquam per quempiam possit in irritum reubcari, nos, predictis Rubio et Johanne non refragantibus, sed hec omnia ita esse affirmantibus, quemadmodum ost premisquam, presentes tradidimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum *Strigonij anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>L<sup>o</sup>* octauo. Sexto kalendas februarij.

Hártyán apró betükkel írva. A, pecaáttörédek hártyazzinégen függ. —  
Lad. 15. fasc. 2. Nro. 10. — Rövid kivonata Fejérnél IV. II. 484. l.

## 95.

1258. jan. 28. hetfön, Viterbón. (V. kal. febr. Pont. nostri anno Quarto). — IV. Sándor pápa „cupientes, ut ecclesia (Strigon.), que in honore s. Adalberti dicitur esse constructa, congruis honoribus frequentetur, omnibus uero penitentibus (q. szót Fejér kibagyta) et confessis, qui ecclesiam ipsam in die festivitatis sancti predicti uenerabiliter uisitauerint; annuatim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, unum annum de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.“

Az ólompecsét veressárga selymen függ. — Lad. 44. fasc. 1. Nro. 9. — Közli Fejér IV. II. 436. l. hibás felirattal és 1257. évre teszi.

## 96.

1258. jan. 29. kedden. Viterbón. (IV. kal. febr. Pont. n. anno IV.) — IV. Sándor pápa, mivel „ad ecclesiam Strigonensem, in honore s. Adalberti constructam, in die Cene dominij fidelium multitudo deuotionis causa, quam ad sanctum habent eundem, conueniat et laboret;“ megengedi az érseknek, hogy az e napon e templomban töredelmesen meggyónóknak unius Anni et Quadraginta dierum indulgentiam engedhessen.

Az ólom pecsét veressárga selymen függ. — Lad. 44. fasc. 1. Nro. 10. — 1257. évre közli Fejér IV. II. 487. l.

## 97.

1258. marcz. 24. körül. — Cel az esztergomi káptalanak 24 ezüstmárkán elzálogított Izsák nevű földjét nem birván a kitüszött időre visszaváltani, most még 26 ezüstmárka ráfizel tés után örökre átengedi e káptalanak a pécsi káptalan előtt.

## C. B. A.

*Yurko prepositus Quinqueecclesiensis, totumque eiusdem loci Capitulum Omnibus, presens scriptum cernentibus, Salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam presenti conscripcione volumus deuenire, quod cum Cel quondam filius Cel, quondam ipsius terram, Isep nominatam, Ecclesie Strigoniensi pro viginti quatuor marcis argenti pignori obligatam, in die passce (marcz. 24.) coram nobis redimere debuisse et non redemerit; ipsam itaque terram dictus Cel, receptis viginti sex marcis de argento a Ecclesia Strigon., eidem ecclesie reliquit sine recuperacione qualibet perpetuo possidendam. Nos igitur ad instanciam supradicti Cel litteras presentes, nostri apposizione sigilli roboratas, conscribi dignum duximus, rey geste memoriam perpetuam continentes. Anno gracie M<sup>oo</sup>cc<sup>o</sup>L<sup>o</sup> octauo, Mense Marcio. Tristano Cantore, Andrea custode, Wencezlao decano, Ceterisque quampluribus ibidem existentibus. Datum per manus magistri Petri lectoris Quinqueecclesiensis.*

Vízfoltos-hártya. A pecsét zöldkék selymen függött. — Lad. 31. fasc. 1. Nro. 8. — Küljén e szavak: super Isep possessione, que in concambium Nana data est. — Eddig kiadatlan.

## 98.

1258. — IV. Béla király Németi földet a zabródi lakkosknak adományozza.

*Bela dei gracia Vngarie, D. Cr. R. S. G. L. Cumanieque Rex omnibus xpi. fidelibus, tam presentibus, quam futuris presentem paginam inspecturis, Salutem in omnium saluatore. Ut ea, que per excellenciam regiam suis subditis conferuntur, perpetuo robore solidentur, litterarum solent testimonio communiri, ne processu temporum in irritum aliquatenus reuocentur. Proinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nos ad supplicationem hospitum nostrorum de Zabroud, qui cum hospitibus nostris de Dyuche nobis seruire tenentur, cum terra nimium indigerent, eisdem terram Nemety nomine, quam a Bolizlao filio Mortunus et fratribus suis, Mikus, Stephano, Bena, Tywan, Guruzk et Woia receperamus pro concambio, perpetuo duximus conferendam, sub eisdem antiquis metis et terminis, quibus idem Bolizlaus et*

fratres sui prenotati antea ipsam dinoscuntur possedisse. In cuius terre possessionem corporalem ipsos per fidelem nostrum *Detricum* (Fejér: Wetcum!) Comitem de Scepus et de Zolum fecimus introduci. Ad cuius rei memoriam et perpetuam firmatatem presentes litteras dedimus, Duplicis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri magistri *Smaragdi Albensis Electi aule nostre vicecancellarij.* Anno domini Millesimo, Ducentesimo Quinquagesimo sexto. Regni autem nostri anno Vicesimo primo.

A pecsét vereskék selymen függött. — Lad. 18. fasc. 1. Nro. 11. — Említi Fejér IV. II. 413. 1.

### 99.

1258. — Ortolf polgár eladja nagyszombati földjét az esztergomi káptalannak.

Nos C. villicus de Tyrna ac ciues eiusdem, uniuersis xpi. fidelibus, ad quos littere presentes peruenerint, salutem in domino. Nouerint vniuersi, quod constituti in nostra presencia Ortolfus filius *emberhalti* concius noster, ex vna parte, *Vitka* sacerdote et magistro *Haimone* canonice Strigoniensibus, nomine Capituli eiusdem ecclesie, ex altera, idem Ortolfus proposuit coram nobis, quod quandam terram Orrei sui, emptam a *Haincz* vngaro conciue nostro, extra fossatum existentem, inter terras *Chonc* quandam villici de villa *Megeret* et *Helye* vngari, ex parte noue plantacionis, vendidisset predictis V. et H., nomine capituli, ad vsum Orrei pro decimis, prouenientibus ex eadem villa, pro dimidia marca et vncia fini argenti, perpetuo possidendam, et de precio confessus est, sibi plenarie satisfactum; terra autem ipsius Orrei in latitudine triginta ylnas duabus Minus, in longitudine triginta quinque vlnarum continet quantitatem; assumpsit eciam idem Ortolfus coram nobis ipsos V. sacerdotem et magistrum H., sev ipsum Capitulum defendere, sev indempnes conseruare contra quemlibet, si quid ratione sepe dicte terre imposterum emerserit questionis. Nos igitur ad peticionem vtrarumque parcium nostras concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LVIII<sup>o</sup>.

A pecsét hárványzsinegen függött. — Lad. 43. fasc. 1. Nro. 3. — Edig kiadatlan.

## 100.

1259. okt. 24. pénteken. Anagniában. (IX. Kal. Nov. Pont. n. a. V.) — IV. Sándor pápa megengedi az esztergomi érseknek, hogy in Natuitatis, Resurrectionis et Ascensionis Dominice, Pentecostes et sancti predicti (Adalberti) festis, ac in die Cene domini, necnon in Quatuor festiuitatibus b. Marie Virg. az esztergom templomban egy évi bucsut engedményezzen.

Az ólompecsét kenderzsinóron függ. — Lad. 44. fasc. 1. Nro. 11. — 1258-ik évre közli Fejér IV. II. 448. 1.

## 101.

1259. — Az esztergom kereszteslovagok bizonyítják, hogy a muzslaiak az eskütét napján másfél márka ezüstért néhai Péter sz. györgyi prépostnak az esztergom káptalan javára hagyományozott ebedi birtököt a káptalannak átengedik.

Nos frater L. magister domus Hospitalis sancti Regini de Strigonio et totus Conuentus eiusdem loci Significamus omnibus, per presentes memorie commendantes, Quod cum in vigilia sancti Regini (aug. 19.) secundum iudicium venerabilis patris B(enedicti) dei gratia archiepiscopi Strigoni. Abraham prepositus, Valentinus Cantor, Farcasius sacerdos sancti Laurencij, Petrus villicus fabrorum et Lazarus quondam villicus debuissent prestare sacramentum in nostra ecclesia, contra Ambrosium, Jacobum et Zup de Musla, super eo, quod Petrus quondam prepositus s. Georgij, adhuc viuens, porcionem terre sue, quam habebat in terra Ebed, contulerit et donauerit pro anime sue remedio Capitulo Strigoni. cum omnibus suis pertinencijs. Tandem partes aduerso pro bono pacis, in loco sacramenti, receptis via marca argenti et dimidia ab eodem Capitulo, predictam terram, secundum quod presfatus P. prepositus ordinaverat, reliquerunt Capitulo antedicto perpetuo possidendam. Datum anno domini M<sup>CC</sup><sup>5</sup>. Quinquagesimo nono.

Apró betükkel. A pecsét kék zsinegen függött! Lad. 27. fasc. 2. Nro. 16. — Említi Fejér IV. II. 522. 1.

## 102.

1260. – IV. Béla király Marczel- és testvéreinek csere fejében *Kelena* földet adományozza.

Bela dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. Cumanieque Rex omnibus, tam presentibus, quam futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium Saluatore. Consuevit excellencia regia, ut si aliquid a suis fidelibus recipit, eisdem postmodum respondeat in consimili, uel maiori. Proinde ad uniuersorum noticiam uolumus peruenire, quod cum hereditariam terram *Marcelli, Bater, Supk et Hrabur*, filiorum *Wacik*, cognatorum comitis *Dubuk, Hernoch* nuncupatam, ab ipsis auferendo, dilecto et fideli nostro *Matheo*, quondam magistro Tawarnicorum nostrorum, comiti Posuniensi contulissemus, et eisdem terram nomine *Strogar*, que wduornicorum nostrorum fuerat, dedissemus, eandem postmodum, cum wduornici nostri multiplicati, seu reducti fuissent, ab eisdem *Marcello, Supk, Bater et Hrabur* recipiendo, restituendam duxissemus wduornicis antedictis; ne tamen ijdem *Marcellus, Supk, Bater et Hrabur* uim seu molestiam ab excellencia regia paterentur, de qua omnibus gracia consuevit prestolari; quandam terram, *Kelena* nuncupatam, cuius quidem medietas, a parte terre *Jacou de Fedemus*, ad Castrum Huntense pertinebat, ubi circa eandem terram Castri nostri, iobagiones Castri nostri, scilicet magister *Micael*, filius *vtisk*, Petrus filius *Bedeoch*, *Kaach*, *Sebastianus*, *Luka* filius *Leustachij*, ac alij generaciones eorumdem, quandam particulam terre seu porcionem habuerunt, quam quidem particulam terre ab eisdem iobagionibus Castri nostri empacionis titulo, videlicet nouem *Marcis*, ipsis *Marcello, Supk, Bater et Hrabur* comparauiimus, cuius quidem summe pecunie dimidietatem de nostra Camara persoluimus, residuam vero partem per eosdem *Marcellum et Supk* ac fratres eorumdem ex integro persolui fecimus, et aliam medietatem, circa terram eorumdem iobagionum Castri nostri, a *Bors et Budou de Morus* et a tota generacione eorumdem habueramus pro concambio, et insuper quandam particulam terre, *Trebogost* nominate similiter Castro Huntensi duorum aratrorum subiectam, certis metis a terris aliorum distinctam, in commutacionem terre ipsorum, ipsis

Marcello, Supk, Bater et Hrabur et per ipsos ipsorum heredibus, herendumque successoribus perpetuo duximus conferendas, quas quidem terras ipsis per fidelem nostrum *Jacou de Fedemus* nomine commetaneitatis, presente testimonio Capituli Strigoniensis, ac presentibus vniuersis commetaneis et vicinis earumdem, fecimus assignari. Quarum eciam mete, prout ipsum Capitulum Strigon. nobis in litteris Suis seriatim intimauit, hoc ordine distinguntur: Prima meta terre Kelena incipit a parte orientali in capite riuali *Holumna* et ibi sunt sub arbore, que dicitur *Tulfa*, est (igy) meta terrea, inde per eundem riuulum descendit ad locum, ubi finitur riulus nominatus, et ibi sub duabus arboribus, que *Tulfa* nominatur, sunt due mete terree et ibi tenet metam cum *Erney* et *Gregorio*; inde iuxta terram *Zelchan* inter duos stagnos descendit ad riuum, qui currit per *Zelchen*; hinc ascendit ad partem occidentalem ad *Berch*, ubi est meta lapidea, et ibi tenet metam cum *Jacou de Fedemus*; inde tendit ad septemtrionem superius ad *Berch*, ubi sub una arbore, que *tulgfa* nominatur sunt due mete terre; hinc descendit ad *bik* et ibi est meta terrea; inde transit ad uallem et uadit ad *Scenleushyg*, et ibi tenet metam cum *Jacou nominato de Fedemus*; hinc descendit ad tiliam, sub qua est fons, et ibi sunt due mete terree; inde per *Scornapotaca* uadit superius per metas plurimas usque pratum, quod *Crastov* nominatur, cuius pars est *Jacou de Fedemus*; inde asscendit super montem, ubi sunt due mete terree, et ibi tenet metam cum *Chol* et *Nicolao*, filios *Mog*; inde uadit ad priorem metam et sic terminatur. Item meta terre *Trebogost* incipit a parte orientali de *Zeppotok*, et uadit ad arborem, que dicitur *Tulfa*, sub qua est meta terrea et ibi tenet metam cum *Cholomia*; hinc asscendit ad *Berch* ad metam terream; inde descendit ad plagam meridionalem, transit per uallem et uadit ad metam terream, inde uadit ad occidentem ad *Berch* et ibi sub queru est meta terrea et ibi separantur mete de *Cholomia* et *Jnam*; inde a parte *Jnam* super *Berch* uadit usque metam terream; hinc descendit ad uallem, ubi est meta terra; inde progreditur usque portam *Farcasij*, ubi est meta terrea; inde descendit in *Zeppotok* et tenendo metam

cum comite Cosma, uudit ad priorem metam et sic terminatur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, presentes dedimus litteras, duplicitis Sigilli nostri munimine communitas. Datum per manus dilecti et fidelis nostri magistri Pauli prepositi Posoniensis, aule nostre vicecancellarij. Anno domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo, Regni autem nostri anno Vicesimo quinto.

A pecséttöredők zöldsárba kék selymen függ. — Lad. 17. fasc. 1. Nro. 1. — Eddig kiadatlan.

### 103.

(1261.) apr. 30. — szombaton. — A pécsi káptalan a király parancsára Izsép helység határait megjáratja és leirja.

Nos *Jurko* prepositus *Quinqueecclesiensis*, eiusdemque loci Capitulum, Damus pro memoria, quod nos ad mandatum domini Regis et ad instanciam Andree sacerdotis, procuratoris ecclesie *Strigoniensis* et ad peticionem S. *abbatis de Guech*, hominis domini Regis in hac parte, prout in litteris domini Regis, nobis et eidem abbati transmissis, uidimus contineri, hominem nostrum concessimus fide dignum, Qui rediens ad nos una cum dicto abbatе, retulit nobis, quod terra *Ceel* filij *Ceel*, nomine *Leep*, quam idem *Ceel* dicte ecclesie *Strigon.* pro uiginti sex marcis statuit coram nobis, ab eadem perpetuo possidendam, super qua nostrum concessimus priuilegium, et quod mete eiusdem non continebantur in eodem, ad . . . metas eiusdem duximus introscribendas, ipso eodem *Ceel* presente et alijs commetaneis eiusdem terre, ibidem existentibus, eadem terra hijs metis esset limitata. Prima meta incipit a terra *Mathei* filij *Chaba* ex parte meridionali, ubi sunt quatuor mete, quarum una est iuxta uiam ad sinistram partem, meta *Mathei* cum arbore ad dextram, meta fratrum sine arbore, iuxta quam sunt due mete antedicti *Ceel*, in quibus continentur arbores, scilicet *tulg* (tölgy); inde directe uudit uersus occidentem per uiam ad terram, nomine *Pynna*, ubi continentur tres mete angulares et ibidem per compitam uiam primo loco una meta distinguit ad partem *Ceel* sine arbore, due mete distingunt ad partem *Mathei*, pro terra *Mark* sine arbore, pro terra *Pynna*, in qua est arbor; iuxta eandem uiam uer-

sus occidentem secundo loco est noua meta ex parte Pynna, ex parte Ceel ad dextrum, in qua est arbor; tertio loco sunt due mete, una sine arbore ex parte Mathei, ex parte Ceel etiam arbore; quarto loco sunt due mete, quarum una Mathei noua cum arbore, meta Ceel uetus similiter cum arbore; Quinto loco sunt due mete, quarum una noua Mathei, altera uetus Ceel, in quibus sunt arbores; Sexto loco sunt due mete, noua Mathei, altera uetus Ceel, sine arboribus, quas uia distingit a predictis; per eandem uiam primo loco sunt due mete, quarum una distingit a Johanne filio Guug sine arbore, meta Ceel cum arbore ad dextram; secundo loco sunt due mete ad sinistram, meta Johannis sine arbore, meta Ceel cum arbore, tertio loco sunt due mete sine arboribus; Quarto loco sunt due mete, in una est pirus, alia iuxta eandem sine arbore; Quinto loco sunt due mete, una Johannis in orto, alia Ceel extra ortum; inde descendit ad fluum Dolonch et transit aquam usque spacium sex passuum; inde directe uadit per semitam iustum, iuxta quam ad dextram sunt salices et ad sinistram est salix; inde per eandem intrat Danubium et uadit in altum et transit danubium in loco, qui dicitur almaguirenda, ibidem sunt quinque arbores, que stant pro meta; Inde descendit ad locum, qui uocatur Nizdulafuka; inde descendit ad Sarus, ibidem intrat danubium. Hee sunt mete ultra danubium, que distingunt a filiis Balar. Datum in uigilia apostolorum Philippi et Jacobi.

IV. Béla királynak 1262. évi átiratából, (l. 105. sz.) mely egyszersmind mutatja, hogy jelen okmányunk 1261. évben kelt. — Lad. 31. fasc. 1. Nro. 9. — Eddig kiadatlan.

## 104.

1261. — II. Benedek esztergomi érsek Jnö helységét Szalka helységért átengedi IV. Béla királynak.

Benedictus diuina miseratione sancte Strigoniensis ecclesie archiepiscopus, aule Regie Cancellarius, omnibus, presentes litteras inspecturis, salutem in uero salutari. Ad universorum noticiam uolumus peruenire, quod cum meliora perspexissemus ecclesie nostre imminere, ex eo, quod permutationem cum domino nostro B. illustri Regis Vngarie super quadam terra Capituli nostri, Inev uocata, sita iuxta Danu-

bium, cum libertinis ibidem existentibus faceremus; habita deliberacione unacum eodem Capitulo nostro, cum consilio et consensu eorumdem, ipsam terram Iney cum prefatis libertinis permutauimus cum predicto domino nostro Rege pro terra Zalku prope villam nostram Boyta nuncupatam, pragmatica sancione super hac promulgata, et ordinauimus de eadem villa nostra Zalka, ut dictum Capitulum nostrum uiginti marcas tam de terragio, quam de alijs percipere debeat annuatim, cum ratione permutacionis ius in re habeat. Judicium uero tam in spiritualibus, quam in temporalibus, archiepiscopus, uel is, quem pro tempore constituerit, exercere possit et debeat in eadem. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum Strigonij Anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>. Sexagesimo Primo.

A pecsét sárgaveres selymen függött. — Lad. 41. fasc. 1. Nro. 3. — Említi Fejér IV. III. 56. 1.

### 105.

1262. jan. 9. hetfőn. — János, Gúg fia, ki az esztergomi káptalant a király előtt Izsép földnek rovására történt megrevéséről vádolta, most kiegyezkedés utján lemond ebbeli jogáról, a király pedig e földnek határait a káptalan javára a pécsi káptalan által leiratja.

(B.) Ela dei gracia H. D. Crouacie, R. S. G. L. Cum*nibique Rex Omnibus*, presentes litteras inspecturis, salutem in uero salutari. Excellencia solet regia litibus, legitime terminatis, finem imponere suarum testimonio litterarum, ne processu temporum ueritati preualeat falsitas et lites de litibus oriaptur. PRoinde ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum Johannes, filius Guug, fideles nostros Capitulum Strigoniense ad nostram presenciam euocasset, terram nomine *Isep* repetebat ab eisdem, dicens, quod eadem *ratione committentitatis* sue competeret empcioni et idem Capitulum in ipsius preiudicium comparasset; prefatum uero Capitulum illam terram se emisse iuste et legitime de *Ceeł*, filio *Ceeł*, uiginti sex marcas, dico Johanne et alijs *committentibus* presencientibus, coram Quinque ecclesiensi Capitulo, asserebant;

super quo eciam litteras eiusdem Capituli dixerunt se habere. Quamquam igitur super premissis inter partes fuisse diucius disceptatum ; tamen postmodum per formam compositionis ex permissione nostra taliter concordarunt, quod prefatus Johannes, se recognoscens, dictam terram dimisit eoram nobis, per prefatum Capitulum Strigoniense perpetuo possidendam, quamlibet metam eiusdem terre, quam fecerat destrui, soluto iudicio quinque pensarum, faciens eleuari et postmodum in termino, ad dictas metas eleuandas assignato, Petrus et Guugh filij dicti Johannis, pro patre suo in dicta terra comparentes, ipsas metas fecerunt eleuari, prout fideles nostri Quinqueecclesiense Capitulum, sub quorum testimonio eadem eleuari debebant, per suas nobis litteras intimarunt. Verum quod in litteris contractus mete eiusdem terre non fuerant inserte ; ad petitionem Strigoniensis Capituli scripsimus Quinqueecclesiensi Capitulo et . . . abbatii de Guech, ut, presentibus cometaneis, metas eiusdem reambulari ficerent et dictum Capitulum suis insereret litteris ipsas metas, si nullus existeret contradictor. Cuius quidem Capituli littere nobis presentate sunt postmodum in hec uerba :

Következik a 103. szám.

Ut igitur predictam terram Isep dictum Capitulum Strigoni. possit perpetuo et pacifice possidere ; predictas metas presentibus inseri facientes, priuilegium nostrum concessimus, sigilli nostri duplicis munimine roboratum. anno ab incarnatione domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Secundo V. Idus Januarij, Regni autem nostri anno vicesimo Septimo.

A pecsét veres selymen függött. Küljén e szavak ; super terra Isep s későbbi kéz hozzá tevé : in Cottu. Strigoniensi. Alább pedig ismét más kéztől: Isep iam non est Capituli; sed pro hac portione possidemus Namam ante Strigonium penes Danubium. — Lad. 31. fasc. 1. Nro. 9. — Ed:ig kiadatlan.

### 106.

1262. jul. 23. vasárnap. (Apud Vrbem ueterem X. kal. Aug. Pont. n. a. II.) — IV. Orbán pápa figyelmezeti IV. Béla királyt, hogy azon szokásától, mely szerint Judeos et Sarracenos interdum ad colligendum redditus et prouentus tuos, postquam illos Judeis et Sarracenis uendideris, preficis, nec ipsis aliquem xpianum iuxta sancções canonicas deputas ; — áll-

jon el, daczárás azon állítólagos szabadalomnak, quod id tibi licet ex priuilegio, progenitoribus tuis ab apostolica sede concessó; meggondolván, quod *Judei et Sarraceni xpianis opido sunt infesti*, és quod non est conueniens uel honestum, ut eiōdem *Judeis et Sarracenis, quos propria culpa submisit perpetue servituti, exercendi uim potestatis in xpianos, quorum pietas illorum cohabitacionem dignanter sustinet, possibilitas tribuatur.*

Igen szépen irva. Az ólompecsét kenderzsínőről függ. — Lad. 44. fasc. 1. Nro. 12. — Fejérnél IV. III. 86. 1.

107.

1262. — László mester honti föesperes és fivére Mihály Gyürkin egy birtokot vesznek a sághi konvent előtt.

A.      B.      C.      D.

Nos Joachym prior et conuentus de Sag fratum ordinis Premonstratensis significamus, quibus expedit, presencium per tenorem, quod constitutis in nostra presencia magistro *Ladislao archidiacono Huntensi et Mychaele fratre suo, ex una parte, et nobilibus uiris Pousa, achilleo, et Marco ex altera, ijdem Pousa Achilles et Marcus, presentibus et assistentibus commetaneis et uiciniis, consensum et assensum prebentibus, confessi sunt, se totam terram suam, quam habuerunt in Gurky, cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs; videlicet terris arabilibus, pratis, nemoribus et fenetis, necnon areis curiarum, uendidisse predictis magistro L. et M., ac eorum heredibus herendumque successoribus et eciam coram nobis ueniderunt, ac tocius terre precium, magistro L. et dicto M. fratre eius ponderantibus et numerantibus, est coram nobis plenarie persolutum; vendiderunt eciam insulam quandam, que est iuxta areas supradictorum nobilium Pouse, Achillis et Marci; promittentes, quod si processu temporis dictam terram contingeret euinci, uel per litem auferri; ijdem ipsis magistro L. et Mych., ac ipsorum heredibus eandem tenerentur defendere et tueri, ac refundere dampna et expensas, quas sepediti magister L. et frater eius, uel eorum heredes facerent pro defensione terre sepius memorare. Fecerunt eciam superius memoriati filios suos, videlicet *Pousam, Demetrium, Miconem et Dudam consentire vendicioni supradicte, promittentes, ut nec**

ipso, nec eorum Heredes, vel Heredum successores contra vendicionem uenirent pretaxatam. In eius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Anno domini Millesimo cc<sup>o</sup>LX<sup>o</sup> Secundo.

A fehér kenderzsinegről függött pecsét elveszett. — Lad. 19. fasc. 1, Nro. 1. — Rövid kivonata Fejérnél IV. III. 100. l. — Ez okmány mutatja, hogy őseink nem csak számlálták, hanem mérlegelték is a pénzt.

## 108.

1263. okt. 28. vasárnap (Quinto kal. Nov.) — IV. Béla király az esztergomi egyháznak a magyar királyuktól nyert szabadalmait egybefoglalva közli és megerősíti.

A budai káptalanak 1368. évi és Zsigmond királyuk 1418. évi átirataiból. — Lad. 47. fasc. 1. Nro. 15, 24 és 26. — Ez okmányt már felemlíttetjük az eszt. érsekség okmányai közt. M. Sion. I. 69a, l. 73. sz. alett.

## 109.

1263. — IV. Béla király László honti föesperesnek hü érdemeit megjutalmazandó, neki adja a honti várnak Gyilk-kin levő földjét,

BELA dei gracia H. D. Crowacie, R. S. G. L. Cum  
niesque Rex, omnibus, quibus presentes patuerint, salutem in  
omnium saluatore, Regalis circumpectio · solite benignitatis  
oculis intuens merita singulorum, licet omnibus impendere  
satagat seruiciorum grata premia, seu laborum; ampliori ta-  
men benivolencie sue debet illos munificencia refouere, qui  
quodammodo uoluntate propria abdicata, soli gracie, inniten-  
tes cottidianorum seruiciorum fomentis, Regum quietant ani-  
mum et obsequiosos se exhibent uniuersis. Proinde cum fide-  
lis noster magister Ladizlaus archidiaconus Huntensis, aule  
nostrae notarius familiaris, per quorum obsequiorum merita sit  
fauore Regio non inmerito prosequendus, ipsius petcionibus  
incitati, totam terram Castri Huntensis in villa Gerky, ac in  
eius territorio iuxta Ipul existentem, adiacentem mixtum cum  
terra Strigoniensis ecclesie et cum terra eiusdem Magistri  
empticia, quam a Pousa et fratre suo, nechon a Marco com-  
parauit, in qua quidem terra Castri, Janus et quidam alij duo  
castrenses residebant, contulimus cum loco molendini, ac cum  
omnibus pertinenciis et utilitatibus suis eidem magistro La-

dizlao, perpetuo valiture donacionis titulo, ex certa sciencia ab ipso Castro liberatam penitus et exemptam. Volentes, ut de ipsa terra, sicut de sua empticia, ordinandi et disponendi, prout uoluerit, liberam habeat facultatem. Ut igitur huius nostre donacionis series robur optineat perpetue firmitatis, presentes eidem Magistro concussimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus Magistri Farca-sij Electi albensis, aule nostre vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo cc<sup>o</sup> Sexagesimo tertio. Regni autem nostri anno vicesimo octauo.

Igen szépen irva. A pecsét fekete selyemről függött. — Lad. 19. fasc. 1. Nro. 2. — Rövid és hibás kivonata Fejérnél IV. III. 66. 1., de hibában van 1262. évre téve.

#### 110.

1264. máj. 25. vasárnap. — Zozimas váradi püspök Esztergomban súlyosan megbetagedvén, az esztergomi fötemplom, melybe temetkezni kíván, káptalanjának adományozza a vett jótétemények fejében somogymegyei Berei földét, két szolgáját s ezek elszökött atyját.

Zozimas dei gracia Episcopus Waradiensis, vniuersis xpi. fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium salvatorem. Quicquid in usus pios expenditur, id non amittitur, sed pocius conseruatur, qum taliter faciendo, in celis tesaurizari dicatur, ubi nec tinea demolitur, nec fures efodiunt, uel furantur. Ad vniuersorum itaque noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum nos apud Strigonium constituti, exigente nostrorum mole peccaminum, in grauem et fere ineuitabilem corporis infirmitatem incidissemus et diuina dispositione accersiti, naturale debitum, quod per culpam prothoplausti certum est euadere, nulli posse, soluere deberemus, Animaduertentes eciam, quod Lege nature omne compositum in sua componencia resoluitur, nec de priuacione ad habitum aliquatenus fit regressus, curauimus, ut debujmus, saluti nostre anime, quamquam in paucis attencius, prouidere et pro temporalibus spiritualia communare, Adoptando ecclesiam beati Adalberti martiris atque pontificis nobis in patronam, defensorem et propellatorem (igy) in omni-

bus specialem, cui sicut animam, ita et corpus nostrum, si eiusdem dissolucio immineat, commisimus et committimus defensandum, eligentes sub eiusdem umbraculo seu gremio refrigerij sedem et pariter sepulturam. Propter quod commoti uisce-ribus pietatis, fratribus dicte ecclesie beati Adalberti martiris, qui quidem fratres iuges et continuas preces tam pro uiuis, quam pro defunctis, die noctuque effundere non desistunt; uolentes nos eorum oracionibus participes effici et consortes, terram nostram *Berey* nuncupatam, tam hereditariam, quam empticiam, ad nos solum pertinentem, in Symigio existentem, cum vineis sicut hereditarijs, sic et empticijs, siluis, fenetis, curia, domibus, cellario et omnibus alijs utilitatibus ac pertinencijs suis, Preterea duos seruos, filios Zomboth fugitiui serui nostri hereditarij, Paulum scilicet et germanum eius et similiter predictum Zomboth patrem eorum, si redierit, dedimus, contulimus et legauimus iure perpetuo possidendam et possidendos, ita ta-men, quod quamdiu uixerimus, usum fructuum eiusdem terre seu possessionis nos percipiems, sicut hactenus percepimus, dante deo, et hijs utemur pro nostri lubito uoluntatis. Post decessum autem nostrum eandem possessionem deuolui uolumus omni iure, quo ad nos pertinebat, ad fratres ecclesie memorate, qui pro remissione nostrorum peccaminum singulis ebdomadi-bus singulas missas facient celebrari. Volumus etiam, quod omnes prouentus siue fructus dicte possessionis ad cotidianam distribucionem fratrum residencium et in ecclesia existencium deputentur, de quibus prepositus et Lector, quicunque fuerint pro tempore, porcionem percipient, sicut quilibet canonicus per-cipit in distribucione similarum de Tyrna. Preterea uolumus, quod predicti fratres ydoneam et honestam personam ex ipsis preficiant, uel assignent ad procuracionem, seu regimen posses-sionis antedictae. Predictis etiam seruis dedimus et reliquimus ibidem nouem iugera terre fimate in uno loco existencia et uolumus, quod ijdem serui et eorum heredes seu successores magistro uel Rectori dicte possessionis, qui ad vindempnian-dum illuc accesserit, uiginti cubulos farine de frumento bono et totidem cubulos de Annona, cum cubulo Symigiensi, Annu-atim soluere teneantur. Ut autem hec nostra collacio seu legacio

robur optineat perpetue firmitatis, presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Anno domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo quarto. Octauo kalendas Junij.

A pecsét lila selymen függött. — Lad. 67. fasc. 1. Nro. 2. — Eddig kiadatlan.

111.

1264. máj. 25. vasárnap. — Zozimas váradi püspök az esztergomi káptalannak adományozza a vett jótétemények fejében somogymegyei Berei földjét, két ösi szolgával s ezek elszökött atyjával együtt.

Zozimas miseracione diuina Episcopus Waradiensis, Vniersis xpi. fidelibus, presentes literas inspecturis, salutem in domino. Secundum utriusque iuris, scilicet Canonici et Ciuilis sancções in officio caritatis primo loco illis tenemur obnoxij (igy) a quibus beneficium nos cognoscimus recepisse et donatarius donatori naturaliter est obligatus ad antidota. Hac igitur consideracione ducti, cum nos a sancta Strigoniensi Ecclesia a primo nostre iuentutis tempore tam in nostra, quam eciam ad nos pertinencium personis, tum successiue, tum continue plurima recepisse bona recognoscamus, in susceptorum recompensacionem beneficiorum, quamvis ex condigno non sufficien- tem, terram nostram nomine *Berey*, empticiam, sitam in Com- statu Symigiensi, cum uineis nostris, siluis, fenetis, Curia, Domibus, Cellario et omnibus utilitatibus ac pertinencijs suis, Item duos seruos, filios Zumboth serui nostri *Hereditarij*, qui aufugijt, Paulum scilicet et fratrem eius, ac ipsum Zumboth patrem eorum, si in fuga positum reinuenire poterint, Capitulo Sancte Strigoniensis Ecclesie inter uiuos perpetuo donauimus, contulimus, tradidimus et assignauimus, ac predicte possessionis ui- nearum, siluarum, fenetorum, Curie, Domorum, Cellarij et omnium utilitatum ac pertinencium suarum, necnon seruorum predictorum Dominium in predictum Capitulum pleno, quo nos habebamus et possidebamus, iure transtulimus, penes nos dum taxat quoad uiuimus, retento predictorum omnium usufructu. Hoc eciam adiecius, quod postquam nos, deo uolente, uiem uniuersae carnis fuerimus ingressi; pro nostre anime salute fra- tres predicti Capituli singulis septimanis singulas missas cele-

brari facere tenebuntur. Volumus etiam, quod uniuersi prouentus siue fructus dicte Possessionis ac omnium supradictorum ad cottidianam sustentacionem et distribucionem fratrum tantummodo continue residencium et ad Horas Canonicas cottidie concurrencium, diuidantur et deputentur, de quibus Prepositus et Lector, quicunque pro tempore fuerint, porciones percipient, sicut quilibet Canonicus percipit, et non ultra; in distribucione simularum de Tyrna. Preterea uolumus, quod supradicti Capituli fratres unum ex ipsis ydoneum et fidelem preficiant et assignent ad procuracionem seu regimen Possessionis supradicte. Prefatis etiam seruis damus, tradimus et assignamus ibidem nouem iugera terre fimate in uno loco existencia et uolumus, quod ijdem serui et eorum heredes seu successores procuratori magistro, vel Rectori dicte possessionis, qui ad uindempnandum uineas supradictas illic accesserit, uiginti Cubulos farine de frumento bono et totidem Cubulos de annona cum Cubulo Symigiensi annuatim soluere teneantur. Ut autem hec nostra donacio, inter uiuos facta, tam in presenti, quam in futuro robur perpetue firmitatis optineat; supradicto Capitulo Strigoniensti super premissis omnibus presentes concessimus litteras, sigilli nostri autentici munimine roboratas. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Quarto. Octauo kalendas Junij. Indicione Septima.

Igen szépen írva. A pecsét veres selymen függött. — Lad. 67. fasc. 1. Nro. 3. — Eddig kiadatlan.

## 112.

1265. okt. 11. hetton. (IV. Id. oct.) — Zozimas (Fejér: Zozimus) váradi püspök terram nostram, *Berey* vocatam, in Comitatu *Symigyensi*, tam hereditariam, quam empticiam, cum vineis, Siluis, tenetis, Curia, domibus; Cellario et omnibus utilitatibus, pertinencijs et attinencijs suis, Item duos seruos, filios *Zombath*, serui nostri hereditarij, qui aufugijt, Paulum scilicet et fratrem eius, ac ipsum Zumboth, patrem eorum, nunc in fuga constitutum, *Capitulo sancte Strigonensis ecclesie, a qua prosperitatis et aduersitatis tempore nos et ad nos pertinentes* (Fejér e szót kihagyta), *grata et opportuna subсидia meminimus re-*

*cepisse, contulimus. — — In cuius terre — — corporalem pos sessiopem Vitkam decanum Canonicum Strigoqiensem, vice, ac nomine ipsius Capituli, introduximus in presencia Elye (Fejér: Ecclesiae!) decani, fratris hospitalis sancti Regini de Strigonia.*

Zöldsárba selymen függött a pecsét. — Lad. 67. fasc. 1. Nro. 4. — Továbbá Nagy Lajos királynak 1365. évi átiratában. — Lad. 66. fasc. 1. Nro. 12. — Fejérnél IV. III. 263. 1.

### 113.

1265. okt. 17. szombaton. (XVI. kal. novembr.) — IV. Béla király Zozimas váradi püspök kérésére átirja, helyben hagyja és megerősíti a 112. számot. —

A pecsét zöldsárba selymen függött. — Lad. 67. fasc. 1. Nro. 5. — Továbbá Nagy Lajos királynak 1365. évi átiratában. — Lad. 66. Fasc. 1. Nro. 12. — Fejérnél IV. III. 263. 1.

### 114.

1265. jul. 5. vasárnap. — Briccius mester nyitrai alolvásó kanonok végrendeletileg a sz. benedeki zárdának hagyományotza a Garan melletti Szélen földjét a nyitrai káptalan előtt.

Vniuersis xpi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, Nitriensis ecclesie Capitulum oraciones in domino. Ad vniuersorum noticiam harum serie nolumus peruenire, Quod cum magister Bryecius sub Lector ecclesie nostre Nitriensis in grāui egreditudine infirmitatis iaceret articulo et tamen compos sue mentis esset, disponens suum testamentum coram nobis, ut cum iam de hoc mundo transitoriam mutaret ad dominum, quandam particulam terre sue hereditariam, ad duo aratra, Zeulen vocatam, vicinam et commetaneam cum Kadar, prope Gran, reliquit et permisit, pro remedio animae sue, Monasterio sancti Benedicti de iuxta Grān, in perpetuum possidendam, cum uno Nembre coram nobis. In cuius rey testimonium presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine rōboratas. datum III. Nonas julij, magistro Demetrio lectore nostro existente. Anno gracie M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> sextagesimo quinto.

A pecsét fehérszínű selymen függött. — Lad. 40. Fasc. 1. Nr. 10. — Eddig kiadatlan.

1268. — Az esztergomi káptalan Mária királyné parancsára kiküldé emberét, kinek jelenlétében Rubin esztergomi bíró Márton és Györgyöt vezette Nyír földnek birtokába.

A

B

C

D

Gregorius prepositus et Capitulum Ecclesie Strigon. omnibus xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, Quod cum domina *Maria Illustris Regina vngarie nobis* per suas litteras precepisset, ut unum ex nobis cum comite *Rubyno*, villico Strigoniensi, homine suo, mittere deberemus, cuius testimonio idem comes Rubynus terram ipsius domine Regine, Nyr uocatam, quam *Mortunus et Georgio, interpretibus Kelduchyni cumani*, eadem domina Regina in prefatis suis litteris se contulisse scribebat, perambularet et statueret hominibus memoratis. Nos iuxta ipsius domine Regine mandatum, vnum ex nobis, uirum ydoneum et discretum, videlicet *Wyt-kam* presbiterum, Ecclesie nostre Decannm, ad terram misimus antedictam; qui demum rediens, nobis retulit, quod cum dictus comes Rubynus, ad ipsam terram accedens, eandem per metas suas ueteres, uocatis et presentibus hominibus Reginalibus, supra eadem terra Nyr residentibus, perambularet et circuiret et prefatis Mortunus et Georgio assignare intenderet; *Petrus, filius Johannis de Nyr, ciuis Strigoniensis, in ipsa terra comparens, presentibus prefatis hominibus Reginalibus de Nyr, et nominatim ex eisdem Georgio, Paten, Syka, Leguen et Petro, filio Buhte, ac alijs ipsiusa terre vicinis et commetaneis;* terram hereditariam, ad usum trium aratrorum sufficientem, non cum metis separatam, sed mixtim adiacentem, distinctam cum herbis, in eadem terra Nyr dixerit se habere. Et tam dicti populi Reginales, quam eciam alij commetanei eundem Petrum in ipsa terra Nyr affirmauerunt et confessi fuerunt, habere terram quantitatis memoratae. Predicti etiam Mortunus et Georgius, quibus ipsa terra Reginalis assignata extitit, terram prefati petri, in eadem mixtim adiacentem, ut premisisimus, cum fe- neto et alijs utilitatibus, ac pertinencijs suis reliquerint et dimiserint eidem Petro pacifice sine aliqua inquietudine possi-

dendam. In cuius rei testimonium et memoriam presentes nostras concessimus Litteras, sigilli nostri munimine Roboratas. Datum per manus magistri Sixti Scolastici Strigon. Anno domini. M<sup>o</sup>.cc<sup>o</sup>.Lx<sup>o</sup>. Octauo.

A zöld selyemről függő *sigillum minus* még egészen ép. — Lad. 29. fasc. 1. Nro. 2. — Eddig kiadatlan.

## 116.

1269. máj. 14. kedden. — Az esztergomi káptalan bizonyítja, hogy gróf Dénes, Beke fia, a sz. benedeksi zárdának adományozza *Barbatán* levő földjét.

Capitulum ecclesie Strigon. omnibus xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, Salutem in domino. Ad Vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod nobilis vir Comes Dyonisius filius Beke, unacum fratre Michaeli monacho de Conuentu Monasterij sancti Benedicti iuxta Granam, in nostri presencia personaliter constitutus, terram suam, quam dixit se habere in terra *Barbata* uocata, iuxta terram predieti Monasterij, quam a filijs *Hysce* asseruit se emisse, dedit, tradidit et donauit coram nobis, pro remedio anime sue, predicto monasterio, perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium et memoriam, ad petitionem eiusdem Dyonisij comitis, presentes nostras concessimus literas, Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri Sixti Lectoris Strigoniensis. Anno domini Millesimo cclx<sup>o</sup> nono. Secundo Idus May.

A.

B.

C.

A pecséttörédek sárga selymen függ. Fejár ez okmány kivonatát két helyen is (IV. III. 100. és VII. V. 339.) közölve, 1262. teszi hibásan keltét, Lad. 40. fasc. 1. Nr. 1. és 11. ez utóbbi teljes, mig az első szám alatti okmány ki van lyuggatva.

## 117.

1269. jun. 30. vasárnap. — A fehérvári káptalan bizonyítja, hogy Cháki Döme baranyai föispány, nyitra megyei *Baroch* földjét Fülöp esztergomi érseknek 40 márka közönséges ezüstön eladt.

(C)apitulum ecclesie albensis Omnibus xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam

**Ad uniuersorum noticiam tenore persencium uolumus pervenire, quod Dominico comite de Barana, filio Petri comitis, de genere Chak, ab una parte, Magistro Valentino cantore Strigoniensi, procuratore venerabilis patris Philippi Strigon. archiepiscopi, aule Regis cancellarij, ex altera, in nostra presencia constitutis; prefatus Dominicus comes de Barana confessus est, se yendidisse quandam terram suam nomine Boroch, in comitatu Nitriensi situatam, prope nouum Naswod Curtem archiepiscopalem, prefato venerabili patri, archiepiscopatus nomine ementi, pro quadraginta marcis communis argenti, cum pratis piscaturis, Insulis et alijs pertinencijs, ac vtilitatibus, sub eisdem metis et terminis, sub quibus idem ipsam terram habuit, tenuit et possedit; quas quadraginta marcas communis argenti, precium conuentum predicte terre, Magister Valentinus cantor Strigoniensis, procuratorio nomine Strigon. archiepiscopi, prefato comiti Dominico in conspectu nostro dedit, soluit, numeravit et assignauit; qui comes Dominicus nichilominus protestatus et confessus est, recepisse et penes se habere totum precium vendite ab eo terre et sibi plenitus (igy) satisfactum et ipsam terram cum pleno (dom)inio coram nobis exnunc magistro Valentino cantori, uice et nomine archiepiscopatus et archiepiscopi nomine assignauit. In cuius rei testimoniū et robur perpetuum, presente, volente et petente ipso comite Dominico, sepefato Cantori, procuratorio archiepiscopatus et archiepiscopi nomine, presentes nostras Litteras dedimus et concessimus et eis sigillum nostrum autenticum apponi fecimus et appendi. Datum anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lx<sup>o</sup> Nono, pridie kalendas Julij. Magistro Demetrio ecclesie nostre preposito, aule R(egie) cancellario, Myke Cantore, Feliciano Custode, Micaele decano existentibus.**

Hajlásában kissé megégett hártyan igen szépen irva. A pecsét veres és ibolyaszínű selymen függött. — Lad. 49. fasc. 1. Nro. 6. — Kivonatilag Fejérnél VII. V. 358.1. — E tárgyra vonatkozó s a nyitrai káptalantól kelt okmányt idéztünk már M. Sion I. 768. 1.

## 118.

1270. máj. 13. kedden. — (Feria tercia ante quindenam apostolorum Philippi et Jacobi) Budavárban. — V. István ki-

rály az esztergomi vámból eddig a főispánynak járt részt az esztergom káptalannak adományozza.

III. Endre királynak 1290. évi átiratából. — Lad. 24. fasc. 1. Nr. 7.  
Kiadta Fejér V. I. 20. l.

## 119.

1270. máj. 18. vasárnap. (In dominica proxima post quindecimnam apostolorum Philippi et Jacobi.) — Mózes nádor a király parancsa folytán az esztergom érseket a főispányság, a káptalant pedig a főispánynak eddig járt vámréssz birtokába bevezeti.

III. Endre királynak 1290. évi átiratából. — Lad. 24. fasc. 1. Nr. 7. — Közli Fejér. V. I. 21. l.

## 120.

1270. jul. 6. vasárnap. — Máté mester esztergomi örkanonok és három esztergomi lelkész az átszolgáltatandó gyertyák ügyében egyezkednek az esztergom káptalan előtt.

Nos Capitulum ecclesie Strigoniensis significamus omnibus, quibus expedierit, presencium per tenorem, quod cum inter magistrum Matheum Custodem ecclesie nostre, ab una parte, Chedem, Nicolaum et Andream sacerdotes ecclesiarum sancti Michaelis archangeli, sancti Johannis evangeli et sanctorum Coame et Damiani de villa Monethariorum Strigonien. ab altera, mota fuisset contencio super eo, quo predictus magister M. Custos quemlibet prefatorum sacerdotum de obuencionibus Candelarum dicebat sibi ratione Custodie dare debere in septem festiuitatibus anno quolibet singulam marcam Candelarum et super hoc ipsi Custodi venerabilis pater dominus noster Ph. archiepiscopus Strigon., nobis presentibus, iuramentum indixisset; tandem inter predictas partes, mediantibus quibusdam ex nobis, extitit taliter ordinatum, quod prefatus magister M. Custos predictorum sacerdotum paupertati compaciens, duas marcas Candelarum, quas de septem festiuitatibus in duabus sibi deberi dicebat, eisdem sacerdotibus remisit et indulxit. Reliquas autem quinque marcas Candelarum quilibet ipsorum sacerdotum preter porcionem, que ipsi Custodi de Candelis, in die festo ecclesiarum eorum debetur, cuius porcione quantitas inferius est expressa, assumpsit et obligauit se durum eidem Custodi in quinque festiuitatibus annuatim; scilicet in festo nativitatis domini, In festo Resurrectionis eiusdem,

**In festo Pentecostes, In festo Assumptionis beate virginis et in festo omnium sanctorum.** De Candelis autem, que in festo ecclesiastum eorum offeruntur, debent dare custodi terciam partem. sicut ydem sacerdotes affirmarunt assumpserunt coram nobis, Datum in octauis apostolorum. Petri et Pauli, Anno domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo.

A pecsét küljére volt nyomva. — Lad. 51. fasc. 1. Nr. 8. és 9. — Emliti Fejér V. I. 95. 1.

## 121.

1270. jul. 26. szombaton. *Helemba szigetén.* — V. István király *Epel* az esztergomi káptalannak adományozván, az onnan elköltözni kivánó királyi jobbágokat ott marasztalja, s öket a király iránti eddig kötelezettségeikkel együtt a káptalannak adományozza.

Nos Stephanus dei gracia rex Hungarie damus pro memoria, quod cum nos uillam nostram, nomine *Epel*, cum condicionariis nostris, qui nobis et progenitoribus nostris annuatim vina dare consueuerant, cum eisdem condicionariis, exceptis tribus mansionibus, *Borke* videlicet et duobus fratribus suis, quos antedenacionem huiusmodi, fidelibus nostris Capitulo Strigenensi factam, exemeramus, nostrum eis super hoc priuilegium concedendo, ipsi Strigon. Capitulo pro remedio anime clare memorie domini B. regis gloriesissimi genitoris nostri de perpetuum dedissemus; tandem condicionarij predicti ad nos accedentes, nobis supplicarunt et fecerunt instantius supplicari, ut ex quo ipsam uillam dicto Capitulo dederamus, saltim eisdem condicionariis de ipsa uilla recedendi liberam licenciam concedere dignaremur. Nos ergo attendentes, quod ijdem condicionarij de dicta uilla Epel erant eidem terre ad dandum inclitis regibus vngarie annuatim certam vini quantitem astricti et in perpetuum deputati; eis huiusmodi licenciam de ipsa terra recedendi, exceptis predictis tribus mansionibus, duximus penitus denegandam; sed circa predictam Strigon. ecclesiam in beneficijs eidem exhibendis crescere cupientes, ac nostram munificenciam interpretatione largissima decerare; predictos condicionarios de ipsa uilla Epel, sicut eandem villam predicto dedimus Capitulo; ita eosdam condicionarios eum ejusdem serviciis et oneribus,

quibus antea regibus hungarie nostris progenitoribus seruiebant, concedendos irreuocabiliter duximus et donandos ; non obstantibus litteris nostris, si quas forsitan eisdem condicionariis concessissemus super ipsorum exemptione, uel nos concedere contingeret in futurum; et nos super hoc ipsi Capitulo nostrum prilegium concederimus ; cum ab eodem fuerimus requisiti. Datum in *Insula Helunba* die sabbati post festum Jacobi apostoli, anno domini M<sup>o</sup>.cc<sup>o</sup>Lxx<sup>o</sup>.

Küljén volta gyűrűpecsét. — Lad. 26. fasc. 1. Nro. 5. — Eddig kiadatlan.

## 122.

1270. jul. 30. szerdán. — V. István király koronázatásának emlékére s atyja lelki üdveért az esztergomi káptalannak *Epel* helységet adományozza.

STephanus dei gracia H. D. Crowacie, R. S. G. L. Cumani, Bulgarieque Rex vniuersis xpi fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in eo, qui regibus dat salutem. Cum ecclesiastice utilitati salubriter de bonis temporalibus congrua consideracione regia prospicit celsitudo, iuri regio per hoc nil decrescit, ymo pocius id augetur; cum taliter faciendo, in celsis thesaurizari dicatur, ubi nec tinea demolitur, nec fures effodiunt, uel furantur. Proinde ad uniuersitatis uestre noticiam harum serie uolumus peruenire, quod nos hac contemplacione permoti, cum post obitum, seu transitum inclite recordacionis domini Regis Bele quarti, karissimi genitoris nostri, plenum ius et regimen tocius regni Hungarie *iure geniture* ad nos deuoluta fuissent, rege regum et domino dominancium largiente; quandam villam nostram, seu terram, nomine *Epel*, in comitatu Strigoniensi existentem, cum vinitoribus, seu condicionarijs nostris, eidem terre ascriptis, qui progenitoribus nostris et nobis annuatim ad dannam certam vini quantitatem ex honore seruitutis, eis ab antiquo imposite, fuerant deputati, et cum omnibus vinsis, iuribus, pertinencijs et utilitatibus ipsius ville, seu terre, fidelibus nostris Capitulo Strigoniensis ecclesie, a qua inuncti sumus et regium susscepimus diadema, ac alia ecclesiastica, uoluntaria et necessaria, incliti reges Hungarie recipiunt sacramenta, pro remedio anime eiusdem domini Bele regis, karissimi patris nostri,

tenore presencium dedimus et damus, donauimus et donamus, tradidimus et tradimus, ab eodem Capitulo iure perpetuo possidendam; ita, vt ex hac donacione et tradizione nostra ueri domini ipsius ville, seu terre, ac vinearam, iurum et pertinenciarum, necnon et utilitatum eiusdem effecti, de eadem villa, seu terra, ac condicionarijs suprascriptis ordinandi et disponendi plenam et liberam im perpetuum habeant potestatem, Predictumque Capitulum per magistrum *Andream, specialem domus nostre notarium, in possessionem corporalem predicte ville seu terre, iurum, vinearum, pertinenciarum, ac utilitatum ipsius, nullo refragante, fecimus pacifice introduci.* Plane facta per nos ipsi Capitulo huiusmodi donacione; condicionarij, seu vinitores predicti ad nos accedentes, nobis humiliter supplicabant et fecerant instancius supplicari, quod ex quo ipsam villam, seu terram dicto Capitulo dederamus; saltem eisdem vinitoriis et condicionariis de ipsa villa, seu terra recedendi absolutam et liberam licenciam concedere dignaremur. Nos igitur attentes, quod ijdem vinitores, seu condicionarij de dicta villa Epel erant eidem terre ad dandam nobis et inclitis regibus Hungarie annuatim certam, vt premisimus, vini quantitatem astricti et in perpetuum deputati; eis de villa, seu terra ipsa recedendi huiusmodi licenciam duximus penitus denegandam; ymo circa predictam Strigon. ecclesiam in beneficijs, eidem exhibendis, cresscere cupientes, ac nostram munificenciam interpretatione largissima dechorare; sicut ipsam villam, seu terram predicto dedimus Capitulo; ita eosdem vinitores et condicionarios cum eisdem seruicijs et honeribus, quibus antea nobis et alijs regibus Hungarie, progenitoribus nostris seruiebant, eidem Strigon. Capitulo; inreuocabiliter concessimus et donauimus; quemadmodum est premissum; non obstantibus litteris nostris, si quas forsitan eisdem condicionariis et vinitoribus concessissemus super huiusmodi ipsorum exempcione, vel nos concedere contingeret in futurum; exceptis tamen de eisdem vinitoribus et condicionariis *Berka et fratribus suis, cum liberis eorumdem, quos ante donacionem, dicto Capitulo Strigon. factam, ab huiusmodi honeribus exemeramus, nostrum eis super hoc priuilegium concedendo.* Vt igitur presens donacio nostra, dicto

Strigon. Capitulo facta, robur perpetue firmitatis obtineat et ne ab aliquo ullo unquam tempore ualeat retractari; presentem paginam eisdem concessimus, dupplicis sigilli nostri munimine roboratam. Datum per manus magistri *Benedicti Orodiensis* prepositi, aule nostre vice cancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo Ducentesimo septuagesimo. Tercio kalendas augusti, Regni autem nostri anno primo.

Nagy betűkkel igen szépen irva. A pecsétörök veres és ibolyaszínű szelymen függ. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 10. — Egy részét, s ezt is hibákkal, közli Fejér. V. I, 33. l.

### 123.

1270. szept. 24. szerdán. — Az esztergomi káptalan Ság földet illetőleg egyezkedik néhány sági nemessel a váczi káptalan előtt.

Capitulum Wachyense Omnibus xpi. fidelibus, ad quos presentes peruerint, Salutem in eo, qui est vera salus. Cunctorum noticie tonore presencium declaramus, Quod magister *Matheus Custos sancte Strigoniensis ecclesie et Symon officialis eiusdem ecclesie, vice et nomine Capituli eiusdem, ex una parte, Egidius filius Rugas, Garman filius Cysar, ac andreas filius Serde, ipsi quidem nobiles de villa Saag, ex altera, coram nobis comparuerunt et exhibitis nobis litteris nostris memorialibus, composicionaliter inter eosdem habitis, proposuerunt oraculo viue uocis, quod super causa, quam ijdem Egidius et socij sui mouerant contra predictum Capitulum super quadam terra sua hereditaria, Saag vocata, ex permissione Incliti Regis Stephani, mediantibus probis arbitribus, taliter concordassent, quod media pars predice terre Saag, super qua litis materia fuit mota, sicut eciam in eisdem litteris nostris vidimus contineri, cessit per arbitratores in Ius et proprietatem Capituli supradicti, in pace et sine aliquo concambio possidere, aliam autem partem ipsius terre prefati nobiles de Saag permiserunt, dederunt et ex sua concesserunt bona voluntate ipsi eidem Capitulo, perpetuo possidendam. Hac tamen condicione interposita, quod ipsi et eorum successores semper et in sempiternum viam habeant*

per eandem terram ad vsum Siluarum Bersen liberam transeundi. Que quidem terra iacet inter fontem *Bana* vocatum et inter fontem *Fenkwa* nominatum et conterminatur terre *Mona-sterij de Boldua*. Capitulum uero Strigon. in concambium ipsius terre quandam particulam terre sue, similiter *Saag* vocate, triplo mensurata, dederunt et plene contulerunt prenomi-natis Nobilibus Egidio, Andrea et Garman perhempniter ha-bituram, que particula terre ab oriente a terre ecclesie Stri-gon. tribus metis separatur, ab aquilone fluuio Ipul distin-guitur, ab occidente uero cum terra eorumdem nobilium con-terminatur, a meridie terra *Mycou de Ganan* concluditur, sic-que eadem adiacet terra a parte occidentali secus fluuium Ipul iuxta terram et Molendinum Egidij prenominati, terreis metis vndique separata; fluuio tamen Ipul eidem Capitulo libere re-manente. Ad hec partes, coram nobis constitute, retulerunt, obligeantes se, quod sepedictum Capitulum Strigon. terram, quam dictis dederunt nobilibus, apud eosdem et suos heredes, he-redumue successores, ab omni controuersia futuris in tempo-ribus ipsam impetencium defendere et conseruare suis proprijs laboribus et expensis penitus teneantur. Similiter autem ijdem nobiles Egidius et socij sui terram, quam Capitulo Strigon. contulerunt, apud eosdem hac condicione habita conserubunt. In huius igitur rei testimonium et robur, presentes ad peticio-nem parcium contulimus, alfabeto compertitas et Sigilli nostri munimine roboratas. Anno verbi incarnationis. M<sup>o</sup> ducentesimo Se-ptuagesimo; octauo kalendas octobris, *Gregorio* preposito, *Jona* lectore, *Andrea* Cantore magistris, *Paulo* Custode, Ceterisque quampluribus, in ecclesia beate virginis marie ministrantibus deuote rerum omnium conditori.

Nagy Lajos királynak 1365. évi átiratából. — Lad. 27. fasc. 1. Nr. 8.  
— Eddig kiadatlan.

#### 124.

1270. okt. 22. szerdán. — Az esztergomi káptalan át-engedi *Udvarnokon* levő birtokjogát Endre és társainak *Epelen* levő földjeikért.

Capitulum ecclesie Strigoniensis Omnibus xi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Ad vnuer-

sorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire; quod cum Andreas, Mathey et Cosmas filij *Mutud*, Petrus frater dicti *Mutud* et Nicolaus filius *Mycou* cognatus eorumdem, terram suam empticiam, quam in terra de *Epel*, per dominum Regem nobis collata et donata, se habere dicebant, cum arbustis, que uulgariter *Horost* dicuntur, et feno, si que ibi eos contингebant, nobis reliquerint et assignauerint, sicut in priuilegio Magistri et Conuentus Cruciferorum ecclesie sancti Regis Stephani de Strigonio plenius continentur; nos omne ius nostrum, si quod habemus, in terra quondam Laurencij vinitoris et *feud* *Vdwornici* domini Regis, quam in terra *Vdwornuk* uocata, terre nostre de *Epel* vicina, habuisse dicuntur, reliquimus filiis *Mutud* et Petro, ac Nicolao predictis et heredibus eorumdem, in concambium terre eorum empticie, si quam in terra nostra de *Epel* habuerunt. In cuius rei memoriam, presentes nostras concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus magistri *Sixti Lectoris Strigoniensis*, anno domini Millesimo cc<sup>o</sup>Lx<sup>o</sup>x<sup>o</sup>, vndecimo kalendas Nouembris.

A.

B.

C.

A pecsét zöld selymen függött. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 6. — Eddig kiadatlan.

## 125.

1270. okt. 22. szerdán. — Endre és testvérei *EpeLEN* levő földjüket cserébe adják az esztergomi káptalannak Udvarnokon levő birtokjogáért, az esztergomi keresztes lovagok előtt.

Briccius Magister Cruciferorum ecclesie sancti regis Stephani de Strigonio et totus Conuentus eiusdem ecclesie, omnibus xpi. fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Andreas filius *Mutud* pro se, pro Damiano et *Endre* filiis suis, Mathey et Cosmas filij dicti *Mutud* pro se, Item Petrus frater eiusdem *Mutud* pro se et pro *Berka* filio suo, Item Nicolaus fidelias *Mycou*, coram nobis constituti, dixerunt, quod eum Capitulum Strigon. omne ius suum, quod

ipsum Capitulum habuisse dicebant in terra quondam Lau-  
rencij vinitoris et *feud* vduornici domini Regis, sine herede  
decedencium, existente in terra *Vdwornuk* uocata, eis reli-  
querit et assignauerit, sicut in eiusdem Capituli Priuilegio,  
exinde confecto, dixerunt plenius contineri; Ipsi terram suam,  
quam in terra predicti Strigon. Capituli, *Epel* uocata, se ha-  
bere dicebant, tam illam videlicet terram, quam cum feneto  
et siluulis, que uulgariter *Horost* dicuntur, a quodam homine  
de Epel, *Wendeg* uocato, se emisse, quam illam terram, quam a  
*domo Hospitali de Strigonia* optentam esse asserebant, et eciam  
illam terram, quam ibidem per suos progenitores a Georgio  
et Gereu de *Sumudur* optentam esse dicebant, dederint, reli-  
querint et assignauerint eidem Strigon. Capitulo in concam-  
biuum iuris eorum supradicti. In cuius rei testimonium et me-  
moriā, ad petitionem et instanciam filiorum *Mutud* et *Petri*  
ac *Nicolai* predictorum, presentes nostras concessimus litteras,  
Sigilli nostri munimine roboratas. Anno domini Millesimo  
cc<sup>o</sup> septuagesimo. Vndecimo kalendas Noverubris.

A pecsét ibolyaszintű selymen függött. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 3. —  
Eddig kiadatlan.

## 126.

1270. — Herch barsi polgár eladja négykövü malmát  
16 ezüst márkán a sz. benedeki zárdának a nyitrai káp-  
tan előtt.

A.

B.

C.

Vniuersis xpi. fidelibus, quibus presentes littore patue-  
rint, Capitulum Nytriensis ecclesie salutem in omnium Salua-  
tore. Significamus uobis, quod *Herch* ciuis de *Bors*, coram no-  
bis constitutus, presente Petro et *Pynkusd* filiis suis, ipsisque  
volentibus, molendinum suum, quatuor paria lapidum molen-  
cium continens, circa uillam *Bors* sytum in fluiō, *Goron* nun-  
cupato, curie abbatis Monasterij s. Benedicti de *Grana* adia-  
cens, *Martino Abbatii* dicti Monasterij, nomine et uice ipsius  
Monasterij comparant̄ et ementi, pro quo videlicet abbate  
frater *Gerardus* monachus de dicto Monasterio et *Laurenceius*  
*Curialis* comes predicti abbatis astiterunt, pro Sedecim marcis

argentii, acceptis ab eisdem fratre *Gerardo* et *Laurencio*, pro iamdicto Abbatे soluentibus plenarie, coram nobis uendidit, iure perpetuo possidendam. Obligando se, quod si per quemcunque dictus Abbas, uel quicunque alias in dicto Monasterio eius successor extiterit, ratione prefati molendini processu temporum molestaretur; ijdem Herch, ac filij sui tenebuntur tam emendare, quam in omnibus expedire, ipso molendino in iure monasterij, sepius recitati, pacifice permanente. In cuius rey memoriam pleniorem presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum Anno gracie M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup> Septuagesimo. Ecclesie nostre lectore Magistro *Bartholomeo* existente.

A pecsét fehér zsinegen függ. — Lad. 40. fasc. 1. Nr. 12. — Eddig kiadatlan.

### 127.

1270. — Bencze pap, Dávid és Detmár, sági nemesek eladják sági birtokukat kilencz ezüst mánkán Egyednek, Rugas fiának, az esztergomi keresztes lovagok előtt.

A.                   B.                   C.

Conuentus Cruciferorum domus Hospitalis sanctis Regis de Strigonio Salutem in domino ihu. xpo. Ad vniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, Quod Benedictus sacerdos, Dauid, ac Detmarus, filij Stephani, *nobiles de Saagh*, ab vna, Egidius, filius Rugas de eadem, parte ab altera, coram nobis constituti; idem Benedictus sacerdos est confessus, quod terciam partem possessionis *Buza*, filij Michaëlis de Sagh, pro dote sororis sue sibi deuolutas, cum instrumentis, cum quibus sibi per predictum Buza collatum extiterat, ex permissione Dauid et detmari, Egidio filio Rugas predicto pro tribus marcis argenti vendidisset, in perpetuum possidenda; que particula terre, vt Dauid et Detmarus filij Stephani retulerunt, extendit se ad usum vnius aratri et est sita iuxta Ecclesiam sancti Martini superius a parte meridiana. Item alias duas partes possessionarie porcionis predicti Buza de Sagh predicti Dauid et Detmar filij Stephani confessi sunt coram nobis, in perpetuum uendidisse superius nominato filio Rugas, videlicet Egidio, similiter pro sex marcis argenti in perpetuum

uendidisse (igy) et vendiderunt coram nobis. Ille uero due partes, quas filij Stephani Egidio filio Rugas uendiderunt, iuxta eiusdem Egidij terram sita esse dinoscitur. Nos igitur per instantiam petitionum parcum presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno gracie M.cc<sup>o</sup>. Septuagesimo.

A pecsét zöldveres selymen függ.—Lad. 32. fasc. 1. Nr. 2.—Eddig kiadatlan.

### 128.

1271. marcz. 23. hetfön. — Epeli Dömötör eladja Epelen levő szóleit az esztergomi káptalannak az esztergom keresztes lovagok előtt.

Nos Conuentus cruciferorum ecclesie sancti Regis Stephani de Strigonio significamus omnibus, quibus expedierit, presencium per tenorem, quod Demetrius filius *Enchyd* de *Epel*, coram nobis constitutus, omnes vineas suas, quas in terra Epel se habere dicebat, confessus est se uendidisse et reliquisse Capitulo Strrigon. perpetuo possidendas et pro eisdem vineis quandam summam pecunie ab ipso Capitulo recepisse. Super quo idem Demetrius nobis supplicauit, ut predicto Strigon. Capitulo nostras litteras testimoniales concederemus. Nos igitur ad ipsius Demetrij petitionem in huius rei testimonium et memoriam predicto Capitulo presentes nostras concessimus litteras, Sigilli nostri munimine roboratas. Datum decimo kalendas aprilis, anno domini Millesimo cc<sup>o</sup> septuagesimo Primo.

A pecsét hártyazzinégen függött. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 7. — Eddig kiadatlan.

### 129.

1271. szept. 3. csütörtökön. — Epeli Peturke eladja az esztergom káptalannak az epeli Láz hegyen levő szólejét az esztergom keresztes lovagok előtt.

Nos Conuentus Cruciferorum ecclesie sancti Regis Stephani de Strigonio significamus vniuersis, quod Peturke de Epel, coram nobis constitutus, confessus est, quod quandam particulam vinee sue, quam dixit esse in Epel in monte Laz vocato, per quam transit fossatum vinee Capituli Strigoni, uendiderit ipsi Strigon. Capitulo perpetuo possidendam,

pro tribus fertonibus et vncia argenti ab eodem Capitulo sibi plene persolutis. Datum tercio die post festum sancti Egidij. Anno Domini Millesimo cc<sup>0</sup>Lxx<sup>0</sup> Primo.

A pecsét hártyassinegen függött. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 8. — Edig kiadatlan.

### 130.

1272. máj. 20. pénteken. — Epeli Peturke, egyetlen fia csatában elesvén, s így örököslével levén, epeli örökösföldjeit az esztergomi káptalannak hagyományozza az esztergomi keresztes lovagok előtt.

Frater Elias Magister Domus Hospitalis sancti Regis Stephani de Strigonio et totus Conuentus eiusdem domus Omnibus xi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatorem. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod Peturke filius Jardan de Epel, coram nobis personaliter constitutus, confessus est, quod cum ipse unicum habuerit filium et idem in domini Regis et Regni seruicio videlicet in exercitu sit interemptus et nunc heredum careat solacio; ipse terram suam hereditariam, sufficientem ad vnum aratrum, uel circa hoc, quam habet in Epel, inter terram Capituli Strigon., pro remedio anime sue et predicti fillj sui, in exercitu interempti, dederit, tradiderit et donauerit predicto Strigon. Capitulo cum omnibus utilitatibus et pertinencijs suis perpetuo possidendam et specialiter dedit et donauit coram nobis et ipsum Strigon. Capitulum in eiusdem terre sue et ipsius utilitatum corporalem et pacificam possessionem in hominis nostri presencia introduxit. In cuius rei testimonium et memoriam, ad petitionem eiusdem Peturke, predicto Strigon. Capitulo super ipsa terra presentes nostras concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum tercio decimo kalendas Junij, anno domini Millesimo cc<sup>0</sup> septua- gesimo secundo.

A pecsét hártyassinegen függött. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 9. Eddig kiadatlan. — Ez okmány szerint az egyetlen fiuk sem voltak katonamentesek.

### 131.

1272. jun. 28. kedden. — Az esztergomi érsek és káptalan az esztergomi keresztes lovagokkal Sz.-Pál, Dorogh s egyéb helyiségek határait illetőleg békésen egyezkednek.

Nos Frater Elias magister et Conuentus cruciferorum ec-

clesie sancti Stephani regis de Strigonio Significamus, quibus  
 expedit vniuersis, presencium per tenorem, Quod licet inter  
 venerabilem in xpo. patrem dominum *Philipum* dei gracia  
 archiepiscopum Strigoniensem, eiusdemque loci Comitem per-  
 petuum super metis ville sue *sanceti Pauli*, et suum Capitulum  
 super metis possessionum (igy) ipsorum *Dorogh* vocate, ab  
 una parte; ab altera vero parte inter nos super metis possessio-  
 num ecclesie nostre, videlicet *sanceti Stephani*, *prope villam san-  
 cti Pauli*, ac *Sancti Stephani regis et terre Bylle* vocate, *cuius  
 ecclesia est in honore beate Margarete uirginis*, in presencia iu-  
 dicis Curie regalis litis materia et questionis discordia usque  
 modo fuisse susscitata; tamen quia omnis controversie et di-  
 scordie finis est pax et concordia, ideo super metis litigiosis  
 predictarum villarum et possessionum, de permissione et uolun-  
 tate eiusdem iudicis Curie regalis, ad tales pacis et concordie de-  
 uenimus unionem, quod quicquid *Comes Dominicus*, *Civis de contrata  
 latina Regalis Ciuitatis Strigoniensis*, *Comes Lorandus de Gywa*,  
*Magister Mychael vicecomes Nitriensis*, *Magister Stephanus filius  
 texew*, *Comes Jacobus de Tezer* et *Comes Benedictus nobilis de  
 Nyir*, pro arbitrijs per nos rogati et asumpti, super ipsis metis,  
 deum habendo pre oculis et eius iusticiam, sub penis Centum  
 marcarum, preter porcionem iudicis, per eosdem nobis imposi-  
 tis, arbitrarentur inter nos et ipsum dominum *Philipum* archi-  
 episcopum et suum Capitulum Strigoni., modis omnibus tene-  
 remur acceptare. qui quidem *Comes Dominicus* et nobiles  
 supradicti hoc modo inter nos extiterunt ad ipsorum fidem arbi-  
 trati in metis villarum predictarum et causa nostra supradicta,  
 quod quia instrumenta nostra et priuilegia de metis dictarum  
 villarum nostrarum non plene informabant, ut exinde idem  
 dominus archiepiscopus et suum Capitulum contentari potuis-  
 sent; ideo ipsi arbitrij nobis magistro et *Dominico Custodi* eius-  
 dem ecclesie nostre sancti Stephani regis, eo, quod actores era-  
 mus, iuramentum imposuerunt; tali modo, ut ubicunque fide  
 nostra mediante, quemadmodum secundum regni consuetudinem  
 in terris et metis litigiosis iuramenta fieri solent, metas erigere-  
 mus; idem dominus archiepiscopus et suum Capitulum ipsam  
 erectionem tenerentur acceptare, alias in Centum marcis contra

nos, vt premisimus, preter porcionem iudicis, remanerent ipso  
 facto, ante litis ingressum nobis persoluendis; nos itaque iuxta  
 formam arbitrij dictorum arbitratorum, in octauis ascensionis  
 domini (jun. 9.), presentibus dictis arbitrijs, Judice, Juratis de con-  
 trata latina regali Ciuitatis Sirigon., ad finem ville *sancti Pauli* ac-  
 cessimus, de ripa parui Danubij directe exundo (igy) ad litus ipsius  
 aque in ipso litore in latere ipsius litoris iuxta unam uiam anti-  
 quam, que gregum uia dicitur, uenientem directe de villa *sancti*  
*Stephani ad paruum Danobium*, ereximus iurantes unam terream  
 metam, in cuius medio vnum erectum lapidem fecimus inponi.  
 Deinde iuxta eandem uiam eundo aliquantulum, ad partem ville  
 sancti Stephani aliam terream ereximus, in cuius medio simili-  
 ter unum lapidem tecimus inponi propter cautelam firmorem;  
 exinde iuxta eandem parum progrediendo ereximus terciam  
 metam, in cuius medio pro signo similiter lapidem erectum fe-  
 cimus introponi. Item quartam metam terream ereximus ad ean-  
 dem partem eundo prope villam nostram *sancti Stephani* simi-  
 liter cum uno magno lapide, ubi separatur terra ville nostre  
 sancti Stephani a terra ville sancti Pauli et separatur eciam  
 a terra ecclesie *sancti Egidij*, que dicitur *ipsius latine con-  
 trate regalis Ciuitatis*, et sic cum eodem domino Philipo archi-  
 episcopo Strigon. concordauimus. preterea hijs peractis, cum  
 prenominatis arbitrijs et alijs communibus hominibus accessi-  
 mus ad metas ville nostre *sancti Stephani et terre Bille*, a  
 parte ville *Capituli Strigoniensis*, Dorogh vocate, et inuenimus  
 in fine cuiusdam prati longi a parte ville nostre sancti Stephani  
 in fine terrarum arabilium et a parte occidentis, quantum ad  
 villam et terram Bille ibidem uicinantem, unam metam magnam  
 antiquam, communiter separantem nobis et ipsi Capitulo, ubi  
 ereximus concorditer cum ipso Capitulo duas metas, in numero  
 (igy) faciunt tres satis magnas, quarum una separat ville sancti  
 Stephani a parte ville predicte, et a parte ville Dorogh que est,  
 separat eidem ville Dorogh, et que est a parte ville seu terre  
 Bille, separat terre Bille. Item ab ipsis tribus metis incipientes,  
 fleximus nos aliqualiter circulando iuxta terram eiusdem ville  
 Dorogh et transiuimus quasi ad partem meridionalem directe  
 supra ad latus cuiusdam montis et ibi in latere eiusdem montis

inuenimus unam metam terream iuxta vnam magnam viam, que ueniet de uilla Dorogh et uadit iu uillam nostram *Taat* nominatam, et de voluntate eiusdem Capituli Strigon. iuxta ipsam unam metam ereximus aliam metam terream, que separat ville nostre sancti Stephani regis, a predicta villa Dorogh, que est Capituli, et deinde tenere incipit metas possessio ecclesie nostre sancti Stephani, cum terra *cruciferorum ecclesie sancti lazarij*, usque ad villam nostram *tat* currendo cum metis continuis, et sic cum capitulo Strigon., concordauimus in metis et causis nostris supradictis; presentibus eisdem Comitibus dominico, lordingo, magistro Mychaele, Stephano, Jacobo et Benedicto, arbitrijs nostris supradictis. *Et quia Ius est, quod cuiuslibet Capituli, vel Conuentus propria littera suo sigillo autentico in negocijs discordantibus et Causis sopotis modo supradicto contra sibi Inuicem partibus concordantibus, maioris est uigoris et forcioris firmitatis, et plus ligat quo ad antedictum iudicem Curie regie et eciam quoad nos metipsos;* uoluerunt dicti arbitrij nostri, vt super predicta concordia et erectionibus metarum, ipsis domino phillipo archiepiscopo et suo Capitulo Strigon. in huiusmodi testimonium nostras litteras priuilegiales cum nostro pendenti sigillo daremus, et quod ipsi dominus archiepiscopus et Capitulum suum uberiorem ad cautelam eorum litteras, sigillis eorum consignando, dari facerent et emanari; quorum dictis annuentes, ipsi domino archiepiscopo et suo Capitulo de predicta nostra concordia presentes nostras litteras priuilegiales, sigillo nostro consignando, dari fecimus et assignari per manus dictorum arbitrorum nostrorum; litteras autem ipsius domini archiepiscopi et sui Capituli in eisdem tenoribus, in quibus nos dedimus, sub eorum sigillis nobis uoluimus presentari, quas idem dominus archiepiscopus et suum Capitulum, sub eorum sigillis, in tenore premisso, per manus dictorum arbitrorum nobis assignauerunt, in nostra camera censeruandas; tali condicione interiecta, quod si litem aliquam exinde suscitaret, in centum marcis remaneret parti, litem non suscant et in concordia perseueranti, ante litis ingressum persoluendis. In cuius rei firmitatem dicti arbitrij hoc ligamen

fieri de(creuerunt.) Datum feria tercia post quindenas pentecostes, anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lxx<sup>o</sup> secundo.

A pecsét hártyaszinegen függött. — Lad. 28. fasc. 1. Nr. 1. — Eddig kiadatlan ezen Esztergom topographiájára fontos okmány.

### 132.

1272. jul. 13. szerdán. — V. István király átirja és megérősíti a 126. számot.

Stephanus dei gracia H. D. Cr. S. G. L. C. Bulgarieque Rex Omnibus tam presentibus, quam futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, quod vir venerabilis frater *Martinus* abbas monasterij beati Benedicti de *Grana*, ad nostram accedens presenciam, obtulit nobis priuilegiales litteras fidelium nostrorum Capituli Nitriensis, datas seu concessas super empacione cuiusdam molendini, existentis in fluvio *Goron*, in uilla *Bore*, quarum quidem litterarum tenor talis est:

Következik a 126. szám.

Nos itaque contractum huiusmodi aprobantes, prout eciam primitus per *Dionisium* comitem Borsiensem aprobatus fuerat, secundum quod ipsius littere declarabant et eciam collacionem vnius aree, siue situs curie per dominum Regem, felicis recordacionis, karissimum patrem nostrum dicto monasterio in uilla eadem collati, iuxta suarum continenciam litterarum, ratam habentes, presentibus confirmamus, duplicitis sigilli nostri munimine roborando; volentes, quod abbas predicti monasterij super premissis nec per comitem Borsiensem, quicunque fuerit pro tempore, nec per alios quoslibet valeat ullo unquam tempore molestari. Datum per manus magistri *Benedicti Orediensis* ecclesie prepositi Aule nostre vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup> Septuagesimo Secundo, Tercio Idus Julij, Regni autem nostri anno secundo.

A pecséttörédek ibolyaszínű és zöld selymen függ. — Lad. 40. fasc. 1. Nr. 13. — Fejér V. I. 278. l. jóformán ez okmánynak adja rövid kivonatát.

## 133.

1273. marcz. 5. vasárnap. — Gróf István, gróf Endre tisztje, bizonyítja, hogy Kölkedi Elias neki és az ellenfélnek eleget tett.

Nos Stephanus comes, officialis comitis Andree, damus pro memoria, quod super causa, que uertebatur inter Eliam filium Jacobi, ab una parte, *de Kulked*, Joseph de eadem, ex altera, que eciam ventilata fuit coram comite *Coraldo* antecessore nostro, idem Elias super ipsa causa satisfecit nobis et Josep supradicto. Obligauit eciam se idem Joseph, quod si processu temporis ipsum Eliam traheret in causam; iudicium unius marce soluere teneretur super facto prenominato. Datum in Dominica Reminiscere anno Domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lxx<sup>o</sup> tercio.

Apró hártyán. A gyűrüpecsét kivülről volt rányomva. — Lad. 31. fasc. 1. Nr. 3. — Eddig kiadatlan.

## 134.

1274. jan. 5. pénteken Lyonban. X. Gergely pápa V. István és IV. László királyoknak *Epelt* illető adományát az esztergomi káptalan javára helybenhagyja és megerősíti.

Gregorius episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Capitulo ecclesie Strigoniensis Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitar, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis uestra peticio continebat, quod clare memorie Stephanus Rex Vngarie villam de *Epel*, in Comitatu Strigoniensi existentem, ad Regem ipsum libere pertinentem, cum omnibus iuribus et pertinencijs suis uobis et Strigoniensi ecclesie pro remedio anime inclite recordacionis *Bele Regis* Vngarie, patris dicti Stephani, duxit in perpetuam elemosinam concedendam et Carissimus in xpo. filius noster *Ladislaus* Rex Vngariae Illustris concessionem huiusmodi ratam habens, eam liberalitate regia ex certa sciencia approbavit, prout in patentibus litteris, inde confectis, ipsorum Stephani et Ladizlai sigillis munitis, plenius dicitur contineri. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod super hoc pie ac prouide fa-

ctum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit; indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Lugduni* Nonas Januarij, Pontificatus nostri Anno Tercio.

Az ölompécset veressárga *selymen* függ. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 14. — Rövid kivonata Fejérnél V. II. 222. l., hol azonban *Eked* áll hibásan Epel helyett és pontificatus anno Tercio, helyett sexto! — Ez okmány kelte kétségen kívül hibás; mert miután ez okmány világosan IV. Lászlónak a 138. számban levő oklevelére hivatkozik, hafelteszszük is, hogy Lászlónak ez okmánya jan. 1-jén kelt, még sem valószínű, hogy már jan. 5-kén Lyonban ismeretes lehetett volna.

### 135.

1274. jul. 25. szerdán. — Az esztergomi káptalan bizonyítja, hogy a margitszigeti apáczák a királyné által nekik adományozott *Chév* helység egy részének birtokába beigattattak.

Nos Capitulum Ecclesiae Strigoniensis damus pro memoria, Quod Literas Dominae Isabellae Reginae Hungariae receperimus, continentes, Quod ipsa Domina Regina quandam terram suam, *Csév* vocatam, in Cottu. Strigon. existentem, Sororibus de Insula Beatae Virginis contulisset, (a királyné levevének teljes szövege olvasható Fejérnél V. II. 221. l.) Nos recepto mandato eiusdem Dominae Reginae, iuxta continentiam litterarum suarum hominem nostrum missemus. Cuius Testimonio *Comes Haragus*, homo Dominae Reginae, reambulando ipsam terram, cum omnibus utilitatibus et pertinentijs suis, praesentibus Commetaneis et vicinis, statueret praedictis sororibus, sine praeiudicio Juris alieni possidendam. Postmodum ijdem Comes Haragus, homo Dominae Reginae, et homo noster, ad nos reversi, nobis retulerunt, quod in praedieta terra *Csév* invenerunt terram Reginalem, Centum et septuaginta tria iugera, cum terra Nobilium et aliorum de *Csév* mixtim' adiacentia et indivisa cum Herbis, de quibus Centum et septuaginta tribus

Jugeribus septuaginta tria Jugera sunt in terra firmata, quae vulgariter *Teluk* vocatur, terra vero Centum Jugerum est arabilis et Campestris et dividitur cum Herbis. Item loca Vinearum, quae sunt velut fossatum quoddam antiquum a parte villae *Cholnuk*, pertinet ad terram Reginalem. Loca vero Vinearum, quae sunt ab alia parte eiusdem Fossati, videlicet a parte villae Csév, sunt Nobilium de Csév, et in praedicta villa Csév sunt in terra Reginali Loca quatuor Curiarum, in quorum duobus duae resident mansiones, duo vero Loca sunt vacua. Sicut haec omnia Comes Haragus homo Dominae Reginae et homo noster nobis retulerunt. Et idem Comes Haragus praedicta centum et septuaginta tria Jugera terrae cum praefatis locis Vinearum, velut fossatum a parte villae Cholnuk existentibus, et in (azaz : cum) locis quatuor Curiarum, praesentibus Commetaneis et Vicinis et nullo Contradicte apparente, statuit et assignavit sororibus de Insula B. Virginis antedictis. Salvis tamen Juribus nostris, videlicet terra, foeneto, locis Vinearum et Curiarum, quae ibidem habemus. Datum in festo S. Jacobi Apostoli. Anno Domini 1274.

Egy 16. század végéről nem hitelesített átiratból. — Lad. 30. fasc. 1. Nr. 14. — Emliti Fejér V. II. 232. — Isabella királynénak ugyanezen helyről szóló s ugyanez évi levele olvasható Fejérnél u. o. 216. l.

## 136.

1724. aug. 11. szombaton Zólyomban. — IV. László odaajándékozza a Gyerk melletti *Dopopoth* földet László honthi főesperesnek, külföldi követségeinek jutalmául.

Nos Ladizlaus dei gracia Rex Hungarie significamus tenore presencium vniuersis, quod discreto viro magistro *Ladizlao archidiacono Huntensi*, dilecto et fideli clero nostro, propter commendabilem fidelitatem suam et meritoria obsequia, quibus coram nostris et predecessorum nostrorum, illustrum Regum Hungarie, oculis meruit multipliciter complacere, nostra, eorumque negocia, inconcusse fidelitati sue commissa, tam in Hungaria, quam in Romana et multorum Regum curia laudabiliter promouendo, contulimus terram duorum vdwornicorum, *Zolath* ui-

delicet, herede parentis, et *Koyon, Dupuputh uocatam, existentem iuxta terram eiusdem magistri, Gyriky uocatam, in Huntensi comitatu, perpetuo pacifice possidendam.* Presertim cum idem Zolath et filij Koyon, vdwornici nostri, olim eiusdem terre inhabitatores, coram preposito et Conuentu ordinis premonstratensis de Saag, sub quorum testimonio per comitem *Ders*, filium *Hunth*, hominem nostrum, terram huiusmodi ipsi magistro precepferamus assignari, constituti, renunciantes iuri suo, si quid eis in terra predicta competebat, sepedito magistro Ladizlao eam cum vtilitatibus omnibus et pertinencijs vniuersis, perpetuo pacifice reliquerunt possidendam; sicut hoc in eiusdem prepositi et Conuentus litteris, super hoc nobis specialiter directis, plene uidimus contineri. Vnde tam comiti de *Zolum* et comiti *vdwornicorum*, tam quibuslibet alijs terrarum iudicibus, auctoritate presencie inhibemus, ne ipsum magistrum, aut eius officiales occasione dictae terre presumant quomodolibet molestare. Datum in *Zolum* in crastino beati Laurencij anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lxx<sup>o</sup>. quarto.

A pecsét az okmány hátrészére volt nyomva. — *Lad. 19. fasc. 1. Nr. 4.— Eddig kiadatlan.*

### 137.

1274. okt. 6. szombaton. — Máté mester esztergomi öröknonok, az esztergom keresztes lovagoktól az örséghez tartozó Berényföldet a bér meg nem fizetése miatt visszaveszi, s a szövegben megnevezetteknek adja bérbe évenkinti három finom ezüst márkáért az esztergom káptalan előtt.

Nos G. prepositus et Capitulum ecclesie Strigoniensis significamus, quibus expedit, vniuersis, quod magister Matheus Custos ecclesie nostre litteras fratris *Petri preceptoris de Zumula, de Tulmach et de Zirak* exhibuit nobis, continentes, quod si ipse et socij sui *Cruciferi domus Ospitalis sancte Crucis de Strigonio* debitum, siue censum trium marcarum finiti argenti pro pensione terre, *Beren uocate*, ad Custodiam ecclesie Strigon. pertinentis, in terminis assignatis annuatim non soluerent; extunc incurserent dupli penam et nichilominus caderent a locacione terre supradicte ipso facto. verum, quia dictus frater Petrus preceptor et cruciferi domus Ospitalis predicte soluciones de-

bitas in terminis assignatis facere omiserunt, sicut prefatus magister M. Custos nobis dixit; idem Custos dictam terram Beren reuocauit et recepit ab eisdem et loquauit (igy) eandem Jobagionibus *Both* comitis; videlicet *Cunch Stirensi* et alteri *Cunch*, qui uendit uinum, *Albrech*, *Cunch filio Snap*, *Fredrico* filio *Beringuer*, *Hench vngaro*, *Lipoldo*, *Wigman* villico, *Rodolph*, *vrnico*, *Wakulk* et *Detre* pro tribus marcis finiti argenti, sibi in festo *Omnium sanctorum Annuatim* persoluendis; ita quod si terminum ipsum omitterent; extunc incurrerent similiter dupli penam et nichilominus Caderent a locacione terre supradicte. Datum in octaua sancti Michaelis. Anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lxx<sup>o</sup> quarto.

A pecsét körüljére volt nyomva. — Lad. 51, fasc. 1. Nr. 10. — Hibás kivonata Fejérnél V. II. 231. l. — Nevezetes, hogy ez okmány az esztergomi kereszeseket *Sancte Crucis* névvel jeleli, holott ezek *Sancti Regis Stephani* címmel birtak; hacsak a *templáriusokat*, vagy sz. Lázár lovagjait nem érti ama kifejezéssel, kik szinte birtak Esztergomban zárdákat.

## 138.

1274. — IV. László átirja és megerősíti a 122. számot, és az esztergomi vám birtokában megerősíti az esztergomi káptalant.

Ladislaus dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarorumque (igy) Rex Vniuersis xpi. fidelibus, praesentes litteras inspecturis, salutem in omnium salvatore. Quia quicquid in usus pios expenditur, uel confertur, id non amittitur; sed pocius conseruatur; Idcirco ea, que sacrosanctis Ecclesijs et alijs pijs locis, pietatis intuitu, conferuntur, regie approbacionis, seu ratificacionis debent presidio confirmarj. Proinde ad universitatis uestre noticiam harum serie uolumus peruenire, quod cum Inclite recordacionis Dominus Stephanus Illustris Rex Hungarie, Karissimus Pater noster, post obitum clare memorie Domini Regis *Bele quarti*, karissimi Patris sui, Aui nostri, quandam villam, seu Terram, nomine *Epel*, in Comitatu Strigoniensi existentem, ad mensam *Regiam*, seu *clicium* (?) *Regale de Buda* pertinentem, cum uinitoribus, ipsi Terre ascriptis, qui Regibus Hungarie, Progenitoribus nostris, certam uini quantitatatem annuatim racione seruitutis, ab antiquo eis imposite, consueuerant ministrare, et cum uniuersis vineis, perti-

nencijs, utilitatibus et iuribus eiusdem ville, siue Terre, fidelibus suis et nostris, Sancte Strigon. Ecclesie Capitulo, pro remedio anime dicti Domini Bele, *Regis p̄ij̄simi*, Patris sui, in perpetuam Elemosinam dedisset, donauisset et tradidisset, ab ipso Capitulo peremniter et irreuocabiliter, iure perpetuo possidendum; prout hec omnia in prefati karissimi Patris nostri Domini Stephani Priuilegio, exinde confecto, quod inspeximus et inspici fecimus, plenius continetur (igy); nos eiusdem karissimi Patri s nostri, sicut *successione filiali*, sic et pietatis imitacione, uestigij inherentes, de predicta eciam donatione ipsius ville Epel, non tam per Priuilegium predictum, quam per ueridicam assercionem plurium Prelatorum et baronum Regni nostri, qui se huiusmodi Donacionis conscos esse dicebant, plenissime certificati, maxime, quia inuenimus, dictum Priuilegium non abolitum, non uiciatum, non cancellatum, uel in Carta, seu Sigillo alicui reprehensioni subiectum subiacere; predictam donacionem ville seu Terre Epel, uinitorum, vinearum, pertinenciarum, iurum et utilitatum ipsius, de consilio baronum nostrorum, ratam habemus et gratam et eam predicto Capitulo Sancte Strigoniensis Ecclesie, *a qua inuncti sumus et coronati in Regem et spiritualia recipimus sacramenta*, tenore presentium, perpetuo et inretractabiliter, ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem prefati Priuilegij ad maiorem cautelam presentibus confirmationis nostre Litteris de uerbo ad uerbum duximus inserendum, Qui talis est:

Következik a 122. szám.

Ad hec cum idem dilectissimus Pater noster Rex Stephanus totum tributum, ad Comitatum Strigoniensem pertinens eidem Sancte Strigoniensis Ecclesie Capitulo pro remedio anime dicti Domini Bele Regis, karissimi Patris sui, in perpetuam elemosinam dederit, contulerit et donauit, ab eis iure perpetuo, irreuocabiliter possidendum et in possessionem, uel quasi, percipiendi idem Tributum, ipsos pacifice fecerit introduci; Nos quia de huiusmodi donacione, seu collacione et traditione ipsius Tributi nobis modis omnibus facta extitit plena fides; idem Tributum ipsi Capitulo, similiter de con-

silio baronum nostrorum, in perpetuum presentibus confirmamus. In cuius rei certitudinem, perpetuamque firmitatem presentes concessimus litteras, duplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus *Magistri Benedicti Budensis Ecclesie Prepositi*, aule nostre Vice-Cancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini Millesimo Ducentesimo Septuagesimo Quarto, Regni autem nostri Anno Secundo. *Metropoli Strigoniensi uacante et venerabilibus Patribus Stephano Colocensi et Johanne Spalatensi Archiepiscopis, Lamperto Agriensi, Briccio Cenadiensi, Job Quinqueecclesiensi, Paulo Vesprimensi, Aule nostre Cancellario, Philippo Vaciensi aule consortis nostre karissime Cancellario, Lodomerio Varadiensi, Tymotheo Zagrabiensi, Dyonisio Jauriensi et Petro Transiluano Episcopis, Ecclesiis Dei feliciter gubernantibus. Dyonisio Palatino et Judice Cumanorum, Henrico bano tocius Selauonie, Nicolao Voyawoda Transiluano Comite de Zounuk, Jachino Magistro Thawarnicorum nostrorum Comite de Plys, Nicolao Judice Curie nostre Comite de Gvechke, Renaldo Magistro dapiferorum nostrorum. Comite Zulugageuriensi, Herbordo magistro Agassonum nostrorum Comite de Barana, Nicolao magistro Pincernarum nostrorum, Johanne Comite Supruniensi, Gregorio Comite Castri ferrei, Moys Comite Symigiensi, Dedalo Comite Zaladiensi, et alijs quampluribus, Comitatus Regni nostri tenentibus et honores.*

A pecsétörök veres selymen függ. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 11. és ugyanaz a 12. számban. — Eddig kiadatlan.

## 139.

1274. — IV. László király előrebocsátván az esztergomi egyhárról ezen dicsérő sorokat: *Offerunt se nostris regiis obtutibus progenitorum nostrorum regum Hungarie magnalia, erga sanctam Strigoniensem ecclesiam, que fidei catolice post sacrosanctam Romanam ecclesiam propagatrix extitit, semper gesta; nec immerito; cum ipsa sedes Strigonien sis sanctissimi patris et domini nostri sancti Stephani regis ortu, per prothomartirem pronunciato, decorata et sacro baptismate*

*i u e s d e m s u b l i m a t a , r e g a l i s q u e n o s t r i D y a d e -*  
*m a t i s i m p o s i c i o n e e x t i t e r i t r e d i m i t a ; é s ö i s*  
*e o s d e m p r o g e n i t o r e s n o s t r o s , q u o r u m s u c c e s s i o n e m e t l o c u m*  
*t e n e m u s , i n t e n d e n t e s c a t h o l i c e m e n t i s f l a g r a n c i a i m i t a r i ; i p -*  
*s i u s S t r i g o n i e n s i s e c c l e s i e i u r a s i c i l l i b a t a n o s t r i s t e m p o r i b u s u o l u -*  
*m u s c o n s e r u a r i , u t n e c p r e s u m p t u o s e m a l i g n i t a t i s s u p p l i c a c i o*  
*e a d e m p e r u e r t e r e u a l e a t , n e c f a l l a x o b r e p e n c i u m i n i q u i t a s p e r t u -*  
*b a r b e . E v é g b ó l a z o n c s e r é t , m e l y s z e r i n t I V . B é l a , k i i n i n s u l a*  
*D a n u b i j a d h o n o r e m b e a t i s s i m e u i r g i n i s c e l e s t i s r e g i s m a t r i s ,*  
*m o n a s t e r i u m e t c e n o b i u m p r o d i c a t i s d e o u i r g i n i b u s c o n s t r u i f e c i t*  
*o p e r e s u m p t u o s o , e z á r d á n a k a d o m á n y o z t a u i l l a m J e n e v , m e l y s u -*  
*p e r u i l l a m P e s t i n d i o c e s i W a c y e n s i f e k s z i k é s i n q u a e c c l e s i e*  
*(S t r i g o n .) c a p i t u l u m p l e n u m d o m i n i u m e t i n c o n c u s s a m p o s s e -*  
*s i o n e m h a b u i t ; h e l y é b e a d v á n v i l l a m Z a l k a , i n c o m i t a t u H u n -*  
*t e n s i e x i s t e n t e m ; h e l y b e n h a g y j a é s m e g e r ö s i t i , v o l e n t e s i p s a m*  
*u i l l a m Z a l k a b e a t o A d a l b e r t o e t p e r e u m S t r i g o n i e n s i C a p i -*  
*t u l o t u m e x p r e m i s s o p e r m u t a c i o n i s t i t u l o , t u m e x h a c n o s t r a*  
*c o n f i r m a c i o n e a p p l i c a t a m , p e r h e n n i t e r c o n s e r u a r i e t a l i j s b o -*  
*n i s S t r i g o n i e n s i s e c c l e s i e i n c o r p o r a r i p e r p e t u o a c c o n j u n g i .*

A pecsét zöldveres selymen függött. — Lad. 41. fasc. 1. Nr. 4. — Fejérnél V. II. 150. l. ki a 152. l. a 39. sorban e szó után: *Principes, kihagyta e szavakat: debeat in suo uigore conseruari; illi tamen contractus, quos reges ipsi et principes;* a 153. l. 10. sorban veritate = *varietate;* a 23. sorban e szó után: *Cancellario, kihagyta ezeket: Philippo Wachiensi aule domine regine carissime consortis nostre Cancellario.*

#### 140.

1274. — László mester honti föesperes megveszi Amadé és társainak *Gyerken* levő birtokát öt márka finom ezüstön a sághi convent előtt.

Nos *Laurencius* prepositus et *Conuentus fratrum ordinis Premonstratensis de Saag* significamus tenore presencium uniuersis, quod accendentibus ad presenciam nostram magistro *Ladizlao archidiacono Huntensi*, ex una parte, et *Homodeo comite de Sarou* cum filiis suis *Petro Nycolao et Luchack*, *Lazaro et Alexandro* filiis *Luce* comitis de eadem villa *Sarou*, ex altera, ijdem *Homodey* (igy) comes cum predictis filiis suis et *Lazarus, Luchack, ac Alexander* filij *Luce* comitis iamdicti, coram nobis constituti, totam terram suam, quam in villa *Gerqui*

et territorio eius habuerunt in pratis, siluis, terris arabilibus et feneto et fundis curiarum, uendiderunt magistro Ladizlao pro quinque marcis fini argenti, possidendum perpetuo, tenendum et habendum; hoc adiecto, quod si ullo umquam tempore pro ipsa terra contra eundem magistrum Ladizlaum, seu illos, quibus ipse terram eandem relinqueret, uel donaret, suboriri contingeret aliquam materiam questionis, siue per aliquos de consanguineis predictorum, siue per alios extraneos; supradicti tenerentur eundem magistrum Ladizlaum, uel illos, quibus ipsam terram relinqueret, suis laboribus et sumptibus ab omni lite expedire et ad hoc specialiter se coram nobis obligauerunt. Totum eciam precium prediche terre Homodey, petri, Nycolay, Lazari, Luchack et alexandri, fuit eis coram nobis per ipsum magistrum Ladizlaum plenarie persolutum. Ad hec sepedicti Homodey, Petrus, Nycolaus, Lazarus, Luchack et Alexander obligauerunt se nominatim pro *Potuna* et Stephano filijs Luce comitis, quod ipsi Potuna et Stephanus uendicionem iam factam ratam et firmam haberent et si ullo umquam tempore contra magistrum Ladizlaum, uel illos, quibus ipsam terram relinqueret, uel donaret, ijdem Potuna et Stephanus aliquam materiam mouerent questionis, ipsi eundem, uel eosdem, qui sibi succederent in predicta terra, absque omni inquietacione tenerentur expedire. Ut igitur hec empicio robur firmitatis obtineat; presentes litteras concessimus, sigillo nostro communitas, magistro Ladizlao. Datum anno domini Millesimo cc<sup>o</sup>Lxx<sup>o</sup> Quarto.

A pecsét fehér kenderről függött. — Lad. 19. fasc. 1. Nr. 3. — Rövid kivonata Fejérnél V. II. 231.

#### 141.

(1274.) — Az esztergomi keresztes lovagok átirják és megküldik a királynak a 138. számot.

Excellentissimo domino suo domino Ladislao dei gracia illustri Regi Hungarie, frater *Dominicus* magister Hospitalis et totus conuentus cruciferorum sancti Regis Stephani de Strigoni oraciones in xpo. debitas et deuotas. Vestra nouerit celsitudo, quod discreti viri prepositus et Capitulum ecclesie Strigoniensis a nobis per suum nuncium pecierunt, ut tenorem

priuilegij uestri, confecti super villa seu terra Epel vocata, continentis in se formam priuilegij felicis recordacionis domini Regis Stephani, karissimi patris vestri, sub nostro sigillo vestre excellencie mitteremus, quorum petitionem in hac parte nos esse considerantes congruam rationi et consonam equitati; predictum priuilegium, non abrasum, non abolitum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte uiciatum, de uerbo ad uerbum, sine addimento et diminuzione, presentibus litteris inserentes, ad faciendam uobis fidem, sub impressione nostri sigilli vestre misimus maiestati. Cuius quidem priuilegij tenor est talis:

Következik a 138. szám.

Küljén a pecsétnyom. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 13. — Sajátságos, hogy ez okmány a szokásos zársorokat nem foglalja magában s így kelte idejét is csak hozzávetőleg teszük ez évre.

#### 142.

1275. — IV. László király Benedek választott esztergomi érseknek hüségét megjutalmazandó, az esztergom káptalannak adományozza quandam terram *castri nostri Zulgageriensis, Gormoth* (Fejér: Bormoth) uocataim, ad tria aratra sufficientem, uacuam penitus et habitatoribus destitutam, necnon contiguam et commetaneam terre *monasterij beati Adalberti* (érti az esztergom káptalant), *Gormoth* (Fejér ismét Bormoth) uocate; és az esztergom keresztes lovagok által minden ellenmondás nélkül birtokába bevezetteti.

A pecséttörédek vereszöld selymen függ. — Lad. 38. Fasc. 1. Nro 1.— Küljén egykorú kézről: Super terra *Zulgagerensi Garmath* uocata; 18-ik századi kéz hozzá irta: *in Cottu Barsensi* existente, ut aliunde patet. Kissé lebb 16. századi kéz ezt irta: *aliter uocatur Tharnok Lörincz haza, seu Tot Miklos Teleke.* — Közli Fejér V. II. 241. l., a 242. l. 18-ik sorban: Kuba = *Lula*; a 243. l. 5. sorban: *Bachiensi* = *Wachyensi*.

#### 143.

1275. — Dénes barsi föispány a király parancsára a sz. benedeki apátságnak Barsban levő s néhai Preuslin föispány előde által elfoglalt s egyéb földjeit visszaadja.

Nos Dionisius diuina opitulante clemencia comes Bor-

siensis significantes vniuersis xpi. fidelibus, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium saluatorem. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium feliciter uolumus peruenire, quod litteras Stephani dei gracia illustris Regis Hungarie recepi-  
mus, continentes, ut terram monasterij beati Benedicti in *Bors*, cum domibus et utilitatibus suis, usque aquam *Goron* iacentem, perhemtorie restitueremus monasterio supradicto. Similiter terram *Scevlen* et terram *Zengeu*, ab antiquo pos-  
sessam, eidem monasterio debito iure, sub certis terminis restauraremus. Igitur obtemperantes mandatis et preceptis excellentissimi domini Regis, habito consilio cum iobagioni-  
bus predicti castri, videlicet *Martino*, *Olodario* et fratre suo *Romano*, *Sokeu*, *Luca* et cum *burgensibus* eiusdem castri, sci-  
licet *Herch* et filio suo *Petro*, *Zedemer*, *Hench aurifabro*, *Micou*,  
*Martino* et *Paulo plebano vicearchidiacono Borsiensi*, *Scereda sa-*  
*cerdote ecclesie Sancti Georgij et Nicolao sacerdote ecclesie sancte*  
*Michaelis*, ipsam terram monasterij, quam *Preuslinus quondam*  
*comes Borsiensis* contra iusticiam dei in *Bors* detinebat, eidem monasterio restituimus usque Granam, cum omnibus utilitatibus suis prenotatis. Similiter terram *Sceulen* vocatam, exi-  
stente *Cadar* commetaneo, et terram *Zengev*, *Egidio* et *Basik* commetaneis existentibus, sub certis metis monasterio s. Be-  
nediti restituimus, sicut illud monasterium possidebat ab antiquo. Ut autem hec restitucio terrarum firma et secura per-  
maneat, litteras sigilli nostri munimine *Martino abbati* pre-  
dicti Monasterij contulimus sigillatas. Datum anno domini  
Mº CCº LXXVº.

A pecséttöredék fehér zsinegen függ. — Lad. 40. Fasc. 1 Nro 14.— Eddig kiadatlan.

## 144.

1276. jun. 5. pénteken. — Márton sz. benedeki apát tiltakozik a sághi convent előtt Fülöp esztergomi érsek ellen, ki a tatárok kivonulása után ez apátságnak több birtokát el- foglalta, s mindeddig nagy részét visszatartja.

Nos Conuentus ecclesie de Saag damus pro memoria,  
quod vir religiosus dominus Frater Martinus Abbas Mona-

sterij sancti Benedicti de iuxta fluum Gron in sua et sui Conuentus personis ad nostram personaliter veniendo presenciam, nobis per modum protestacionis significare curauit, quod reuerendissimus in xpo. pater dominus Philippus Archiepiscopus ecclesie Strigoniensis post recessum impiorum tartarorum de Regno Hungarie plurimas possessiones et possessionarium (igy) porciones, ipsorum domini abbatis videlicet et Conuentus sui et per consequens predicti Monasterij ipsorum potencialiter occupasset, de quibus quasdam restituisset, quasdam vero, videlicet decem mansiones nautarum in superiori parte possessionis Kakat vocate, cum terris trium aratrorum mensure regalis, ad easdem mansiones pertinentibus, in Strigoniensi, item possessionem Wdwarth cum terra Quadraginta aratrorum similiter regalis mensure, ac propria eorum curia ibidem existente, in Camariensi Comitatibus, necnon possessiones Nimthi, Sewlus, Chewku et Berzenthe vocatas, ac intra metas dicti Monasterij existentes, necnon omnes decimas ipsius Monasterij pro se et suo Capitulo detinuissest minus iuste et indebite, in dampnum et detrimentum ipsorum valde magnum; factaque huiusmodi protestacione, eundem dominum Archiepiscopum et suum Capitulum, ac alios, quoslibet ab occupacione, detencione, vsum fructuum, ac vniuersorum utilitatum earumdem possessionum et possessioniarum porcionum, ac decimarum percepcione, percipique faccione, seque ab intromissione in easdem, quoque modo facta, vel fienda, vice et nominibus sui, predictique Conuentus sui inhibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis. Datum feria sexta proxima ante festum beati Bernabe Apostoli. Anno domini Millesimo ducentesimo LXXVIº.

Hártya. A külbehajtásain volt pecsétnek csak nyoma látszik. — Lad. I. Fasc. 5. Nro 41. Fejér csak három soros kivonatát adja V. II. 374. l.

#### 145.

1276. jul. 1. szerdán. (in Kalen. Jul.). — IV. László király „cum nos ad instar serenissimorum et xpianissimorum progenitorum nostrorum, Incitorum Regum Hungarie, ab honorabili ecclesia Strigoniensi, matre nostra, vngamur, consecremur et eciam Coronemur, ac alia voluntaria et necessaria re-

*cipiāmus ecclesiastica sacramenta* (Fejér e nyolc szavat kihagyta); *dignum fore iudicamus exemplo eorumdem progenitorum nostrorum, qui dictam ecclesiam sunt fauore eximio prosecuti, ut et nos indemnitati eiusdem, quantum fas est, prospicere debeamus sollicitudino filiali.* Ennél fogva miután értésére esett, hogy az esztergomi polgárok, contra generalem aliarum ecclesiarum episcopaliū (Fejér: Capitularium) et collegiatarum Regni nostri consuetudinem uenientes, non in foliatis<sup>\*)</sup> uel tabernaculis, que extra Ciuitates, uel Burgos (Fejér: binyos és melléje teszi zárjel közé: biuyos!) fieri solent; sed de domibus suis in Ciuitate de vino adnak rosz minőségű és kelleténél kevesebb tizedet; megparancsolja, hogy a prépost és káptalan tempore vindemie, quo dicte decime de vineis persoluuntur, habeant extra Ciuitatem Strigon., in locis, quibus eis uidebitur expedire, foliata et tabernacula s a polgárok itt fizessék a tizedet; ellenkező esetben decimam pro se habere cogatur et dare nouem partes Capitulo memorato; *prout sanctissimus Rex Stephanus olim circa hoc dicitur statuisse, que consuetudo racionabilis hactenus continue et in uiolabiliter noscitur obseruata.*

A pecsét sárgazöld selymen függött. — Lad. 45. Fasc. 1. Nro 2. — Közli Fejér V. II. 341. 1.

#### 146.

1276. aug. 9. vasárnap. (V. Id. Aug.) — IV. László átirja és megerősíti a 30. és 48. számokat; mivel, ugymond, specialis in hijs inuiolabiliter conseruandis, que Strigonensi ecclesie ab ipsis progenitoribus sunt collata, peculiaris sollicitudo insidet menti nostre, cum ab ipsa et eius presule sacramenta ecclesiastica et uncionem Regiam cum impositione Diadematis, et progenidores nostri et nos receperimus, et nostri successores in posterum debeant premissa recipere, Domino annuente.

---

<sup>\*)</sup> Foliata, zöld galyakból készült gunyhó; így mondhatik sz. Berta életiratában: Feretur in quadam foliata, de ramis arborum ibidem facta, deposuerunt Du Cange II. 530. 1.

A pecsét veres selymen függött. — Lad. 66. Fasc. 1. Nro. 1. —  
Fejérnél V. II. 334. l.

## 147.

1277. szept. 19. vasárnap. — IV. László, *Dopopath* földet ujra *László*, ekkor már esztergomi prépostnak adományozza *Damasi* és *Malasi* földekkel együtt, s ez utóbbiak határait leirja.

*Ladizlaus dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarieque Rex omnibus xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, Quod cum discretus uir magister *Ladizlaus prepositus Strigonienesis* dilectus et fidelis noster, olim domino *Bele auo nostro et postmodum domino Stephano karissimo patri nostri*, Regibus Inclitarum recordacionum, ac demum nobis in diuersis et multis regni nostri negotijs, tam in Regno, quam extra Regnum et specialiter in Curia Romana ardua semper Regni nostri negocia promouendo, grata et diuersa seruicia cum omni fidelitate laudabiliter impendisset; nos propter ipsius obsequiosa merita et meritoria obsequia, quibus coram nostris et progenitorum nostrorum predicatorum Regum Illustrium oculis meruit multipliciter complacere; quandam terram duorum vduornicorum nostrorum, *Zolath* uidelicet, herede carentis et *koyan*, *Dopopath* uocatam, sitam iuxta terram eiusdem magistri *Ladizlai*, *Guerek* uocatam, in comitatu Huntensi, contulimus, dedimus, donauimus, atque tradidimus, cum omnibus pertinencijs, appendicijs et utilitatibus suis vniuersis eidem magistro *Ladizlao* perpetuo et irreuocabiliter possidendam; presertim cum idem *Zolath* et filij *koyan*, vduornici nostri, olim eiusdem terre inhabitatores, coram preposito et Conuentu ordinis Premonstratensis de *Saag* personaliter constituti, renunciantes iuri suo, si quid eis in terra predicta competebat, reliquerint sepedicto magistro *Ladislao* possidendam pacifice et quiete; sicut hoc littere eiusdem prepositi et Conuentus, nobis super hoc specialiter directe, manifestius declarabant. Contulimus insuper eidem magistro *Ladizlao* preposito terram *Damasa et Malasy*, ad duo aratra sufficientem, super qua*

duo Castrenses, *in numerum vduornicorum translati*, residebant, similiter cum omnibus pertinencijs et utilitatibus suis perpetuo possidendam et eandem terram Damasa scilicet et Malasy eidem magistro Ladizlao preposito per comitem *Ders*, filium *Hunth*, hominem nostrum, sub testimonio predicti Conuentus fecimus assignari, nullo penitus contradictore existente; volentes, ut idem magister Ladizlaus prepositus tam predictas terras suas quam eciam alias terras, quas siue titulo donacionis, seu eciam iusto titulo empacionis possidere dinoscitur: specialiter terram Guereky, cui predicte terre uicinantur, liberam habeat donandi, legandi, ordinandi, inter uiuos, seu eciam conferendi ecclesie sue, uel ecclesijs, aut eciam alijs, quibuscunque voluerit, vel ei uisum fuerit, facultatem. Mete autem predicte terre Damasa et Malasy, prout in litteris dicti Conuentus contineri vidimus, hoc ordine distinguntur: Prima meta incipit ab oriente sub quodam monte, *gradissa* uocato, Recte in pede montis, ubi contiguatur terre *Mochon*, filij Petri, filij *Mosurka*. Inde tendit uersus septemtrionem in pede eiusdem montis et uenit directe ad terram *Mawog* comitis, Jobagionis castri Huntensis, ad quasdam metas, quarum vna est *Mawog* comitis, altera *Damasa* et *Malasy* predictorum. Inde asscendit per eundem montem *Gradissa* et ueniendo aliquantulum, per metas, venit ad quandam *Ilicem*, *uulgariter Mogoltul* vocatam, sub qua est una antiqua meta. Inde progreditur uersus occidentem semper iuxta terram *Mawog* comitis et uenit ad tres metas, erectas sub arbore *Mogoltul*. Inde progrediendo uersus occidentem, uenit ad duas metas, in quarum una sunt due tenere arbores, quarum una est *Mogoltul*, altera alba spina, *Gymulchen* uocata, Deinde tendit semper uersus occidentem et uenit ad duas metas iuxta duas arbores pirorum, quarum metarum una est *Damasa* et *Malasy* predictorum, altera *Mawog* comitis. Inde uenit descendendo ad quandam pirum parvam, sub qua sunt similiter due mete, quarum vna est *Damasa* et *Malasy* predictorum, altera *Mawog* comitis. Inde uenit uersus occidentem, vbi inter sata sunt due mete, Quarum una ex parte meridionali est *Damasa* *Malasy* sepedictorum, altera ex parte occidentali est *Mawog* comitis. Deinde post

desceñsum montis inter sata sunt due mete terree predictorum. Postea ultra magnam uiam, per quam itur in *Egueg*, prope domum Mawog comitis sunt due mete iuxta quandam paruam aquam, que deriuatur de *Sewence*, Deinde protenditur in fluvium *Sewence* ad quandam arborem desiccatam et sic per *Sewenche* uadit usque in terram magistri *Ladizlai* prepositi *Strigoniensis* antedicti et sic terminantur. Ut igitur hec nostra donacio, concessio et indultum circa prius concessa, firma et illibata in posterum perseueret, nec a quoquam ualeat irritari; presentes concessimus litteras, duplicitis sigilli nostri munimine Roboratas. Datum per manus magistri *Thome Electi Albensis*, aule nostre vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> Lxx<sup>o</sup> septimo. Terciodecimo kalendas Octobris, Regni autem nostri Anno sexto.

Szépen irva, a pecsét zöld selymen függött. — Lad. 19. fasc. 1.  
Nr. 5. — Eddig kiadatlan.

#### 148.

1277. decz. 3. pénteken. — Márton sz. benedeki apát tiltakozik a zaborhegyi convent előtt Fülöp esztergomi érsek ellen, ki a tatárok elvonulása után az apátságnak több birtokát elfoglalta.

Nos Conuentus Monasterij beati ypoliti martiris de *Zoburdamus* pro memoria, quod vir religiosus dominus frater *Martinus* abbas Monasterij sancti Benedicti de *Juxta Gron* in sua et sui Conuentus personis ad nostram personaliter veniendo presenciam, nobis per modum protestacionis significare curauit, quod Reuerendissimus in xpo. pater dominus *philippus Archiepiscopus Ecclesie Strigoniensis*, post recessum ipsorum *Tarثارorum de Regno Hungarie*, plurimas possessiones et possessionarias porciones ipsorum domini abbatis videlicet et Conuentus sui et per consequens predicti monasterij ipsorum potentialiter occupasset, de quibus quasdam restituisset, quasdam vero, videlicet decem mansiones nautarum in superiore parte possessionis *Kakath* vocata, cum terris trium aratrorum, mensuro regalis, ad easdem mansiones pertinentibus, in *Strigo-*

niensi, Item possessionem *Edward* cum terra quadraginta aratrorum, similiter regalis mensure, ac propria eorum Curia, ibidem existente, in Camariensi, necnon possessiones *Nempti*, *Zeules*, *Chenke* és *Berzence* vocatas, in Borsiensi comitatibus habitas, ac intra metas dicti monasterij existentes, pro se detinuisse minus iuste et indebite, in dampnum et detrimentum ipsorum ualde magnum; factaque huiusmodi protestacione, eundem dominum Archiepiscopum et alios quoslibet ab occupacione, detencione, usuum fructuum ac vniuersarum utilitatum earumdem possessionum et possessioniarum porcionum percepcione, percipique faccione, seque ab intromissione in easdem, quoquomodo facta uel fienda, vice et nominibus sui, predictique Conuentus sui inhibuit contradicendo et contradixit inhibendo coram nobis. Datum feria sexta proxima ante festum beate Barbare virginis et martiris. Anno domini Millesimo ducentesimo Lxx VII<sup>o</sup>.

Hanyag írás. A pecsét az okmány külszélére volt nyomva. Lad. 40. fasc. 1. Nr. 15. — Eddig kiadatlan. — Lásd a 144. számot.

#### 149.

1278. — Erzsébet királyné Péter esztergomi polgár kérésére átirja és megerősíti a 115. számot.

Elysabet dei gracia Regina Vngarie vniuersis xpi. fidelibus, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore. Ad uniuersorum noticiam, tam presencium, quam futurorum, Harum serie uolumus peruenire, Quod Petrus filius Johannis, ciuis Strigon., ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium Capituli Strigon., fidelium nostorum, super facto cuiusdam terre, *Nyr* uocato, confectum, petens humiliter supplicando, ut ipsum priuilegium ratum habere et nostro priuilegio dignaremur confirmare; cuius tenor talis est. — — — Következik a 115. szám.

Nos itaque precibus eiusdem fauorabiliter inclinate, cgnoscentes fore iustas et admissioni condignas, dictum priuilegium de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes, auctoritate presencium duximus confirmandum, duplicitis sigilli nostri munimine Roborando. Datum per manus magistri La-

*dyzlay prepositi wachiensis, aule nostre cancellarij, fidelis nostri. anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> septuagesimo octauo.*

A pecsét zöld selymen függött. — Lad. 29. fasc. 1. Nr. 3. — Eddig kiadatlan.

150.

1279. marcz. 29. szerdán. *Budavárban.* — Fülöp fermói püspök pápai követ bizonyitja, hogy *Cháky Ugrin* királyi tárnochmester Esztergomban levő palotáját 200 finom ezüst mánkán eladták az esztergomi káptalannak.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue unitatis, ad perpetuam rei memoriam. *Philippus dei gracia Firmatus Episcopus, apostolice sedis legatus, Vniuersis xpi. fidelibus, presencium noticiam habituris, salutem in omnium saluatore. Contractus sumentes inicium ab origine equitatis, presertim qui in causam accedunt seu ueniant iudicati, auctoritatis et ratihabicionis debent munere, ac munimine solidari de gracia presidentis. Cum ecclesiastice moderacioni omnino conueniens dinoscatur, ut que racionabiliter ordinata sunt et sollempniter diffinita, nulla imposterum refragacione possint, uel debeant perturbari; sed sicut ea, que juris racio exigebat, utiliter oportuit stabiliri; ita in posterum, que juste diffinita sunt, nequeant per recidive questionis scrupulum uiolari. Sane in nostra curia presencialiter et personaliter constitutis Nobili uiro *Vgrino filio Pous comitis, de genere Chak, Magistro Tauarnicorum domini Ladizlai Illustris Regis Vngarie, ex una parte, et discretis uiris Magistris *Ladizlao Strigoniensi et Reynaldo sancti Thome in promontorio Strigoniensi prepositis, procuratoribus Ecclesie Strigoniensis, ex altera; Idem magister Vgrinus libera et propria uoluntate, sciens se ad infrascripta non teneri, sed ex certa sciencia sua sponte uendidit, tradidit, et concessit, dedit cessit, atque mandauit, seu in solutum dedit predictis prepositis, procuratorio nomine ipsius Strigon. ecclesie recipientibus et stipulantibus pro Capitulo eiusdem Strigon. ecclesie, quodam Palacium, quod idem Vgrinus habebat in ciuitate Strigoniensi super locum fori, cum omnibus Domibus, Curijs, ac casamentis, fundis et areis, cui a parte Septemtrionali quidam Strictus vicus coheret, per quem descenditur usque ad flumen***

*parui Danubij* et postmodum iuxta eundem Danubium paruum protenduntur termini usque ad domum Laurencij sutoris, sitam in area Monasterij de Moyk Premonstratensis ordinis, et sic reuertuntur termini et limitaciones usque ad magnam plateam fori et sic reuertuntur iterum ad strictum vicum, de quo superius est premissum, cum omnibus iuribus, accionibus, ingressibus, egressibus, utilitatibus, commodis, accessibus et pertinencijs suis, usque in uias et plateas publicas, seu communes, ad habendum, tenendum, possidendum, uendendum, permutandum, locandum, fruendum, alienandum, usufructuandum et quicquid ipsi capitulo placuerit, perpetuo et temporaliter faciendum, pro precio et solucione Ducentarum marcarum fini argenti, quas Ducentas marcas discretus uir magister *Nicolaus* filius quondam Ladizlai Bani, *Clericus*, dare et soluere debebat et tenebaturnominate Strigon. ecclesie Capitulo, secundum nostram diffinitiuam sentenciam, nulla appellatione uel supplicacione suspensam, pro satisfaccione et interesse iniuriarum factarum et illatarum per ipsum magistrum Nicolaum Canonicis et Capitulo ecclesie antedictae, estimatarum de communi concordia et uoluntate parcium ad quantitatem Quingentarum marcarum puri argenti; pro quibus Ducentis marcis nominatus Vgrinus dedit et concessit, ac tradidit antedictum Palacium cum suis pertinencijs et finibus in solutum seu uendicionis titulo, ut est dictum, de quibus Ducentis marcis fecit per se et suos heredes, eis recipientibus et stipulantibus, pro Capitulo ecclesie antedictae finem et refutacionem, absolucionem et liberacionem perpetuam et expressum pactum de ulterius non petendo. Renuncians excepcioni non uenditi et traditi, concessi, seu cessi, siue in solutum dati dicti Palacij, non debite dicte quantitatis Ducentarum marcarum ab ipso magistro Nicolaio Capitulo memorato, doli, mali sine causa et ob causam et sine iusta causa, depcionis ultra dimidiā iusti precij et lesionis enormis et omni alij excepcioni, accioni, defensioni et rei generali et speciali, reali et personali et cuilibet alij iuris, consuetudinis, constitucionis et statuti, facti et faciendi auxilio, appellacioni, supplicacioni et imploracioni restitucionis in integrum militari et ex clausula generali, siqua iusta causa uidebitur et omni beneficio et

auxilio iuris Canonici et Ciuilis, sibi uel alteri pro eo competenti et competituro in perpetuum, promittens sollempniter, quod non opponet per se uel alium, seu alias, quod huic contractui in totum uel in partem nocere, uel obesse possit, seu per quod effectus uendicionis siue in solutum dacionis huiusmodi impediri ualeat, uel infringi, seu quomodo libet retardari, uel eciam retractari. Quod palacium cum suis pertinencijs et finibus constituit se per se et suos heredes precario nomine dicti capituli possidere, donec corporalem possessionem inde acceperint et habuerint cum effectu, quam intrandi, accipiendi, utendi et retinendi auctoritate propria per se uel alium seu alias, eidem Capitulo dedit et concessit liberam potestatem. Promittens, quod de dicto Palacio et suis iuribus et pertinencijs nemini ius dedit aliquod uel cessit, quod presenti contractui posset esse nocium; quod si datum uel concessum apparuerit, promisit per se et suos heredes stipulacione sollempni prefatis prepositis, recipientibus pro Capitulo antedicto, illud reaquirere suis pignoribus, sumptibus, laboribus et expensis, et ipsum Palacium cum omnibus suis rebus et iuribus, ac pertinencijs exobligare et ipsum liberum et expeditum et a nemine occupatum dare et tradere et ipsum ab omni persona, vniuersitate, seu collegio defendere, auctorizare et *disbrigare* et in perpetuum indempne ipsum Capitulum ab omnibus conseruare. Et predicta et infrascripta omnia et singula promisit et per stipulacionem sollempnem per se et suos heredes attendere et obseruare et adimplere cum effectu, sub obligacione omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, presencium et eciam futurorum, sub pena dupli dictarum Ducentarum marcarum, que pena tociens committatur et exigi possit et debeat cum effectu, quoziens in aliquibus seu aliquo de predictis fuerit contrafactum. Quam penam prelibatus Vgrinus per se et heredes suos eidem Capitulo dare et soluere, ut dictum est, si in aliquo contrafecerit per se, uel per alium, uel omnia et singula non seruaret, sollempni stipulacione promisit et pena soluta uel non, contractus iste firmus et illibatus permaneat omni tempore in totum et qualibet parte sui. Et insuper predictus Vgrinus tactis corporaliter sacrosanctis euangelijs,

iure iurando promisit et firmauit sollempniter omnia et singula supradicta per se et suos heredes firma et illibata seruare et in nullo alicuius rei pretextu, cauillacione, malicia, seu ingenio contratacere, uel uenire. Ut igitur premissarum uendicionis, in solutum dacionis, ratihabicionis et approbacionis nostrarum, stipulacionumque super diuersis articulis contractarum et expressarum superius series, firmitasque iuramenti, per ipsum Vgrinum corporaliter prestiti, successiuorum lapsu temporum nequeant in ambiguitatis, seu dubij scrupulum reuocari; omnia premissa et singula premissorum clare et expresse approbamus, ratificamus et ex certa sciencia harum serie confirmamus. Cum Canonum regula paternorum decisa salubriter et sollempniter diffinita, quibus presertim iurisiurandi religio accessit, nec uiolari paciatur, nec aliqualiter uacillare. Actum in Castro Budensi Anno domini Millesimo cc<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> Nono, Indicione VII., Pontificatus domini Nicolai pape tertij anno Secundo, IV. kalendas Aprilis. Presentibus Venerabili patre domino *Lodomerio* dei gracia Episcopo Waradiensi, Magistro *Johanne Electo*, *Benedicto* preposito et *Nicolao Canonicco Colocensibus*, *Nicolao* preposito sancti *Yrenei*, Magistro *Gyrolodo* archidiacono de Dobycha in Ecclesia Zagabriensi (igy); Nobilibus uiris laycis *Demetrio* filio Demetrij, *Stephano* et *Pousa* filijs Johannis, *Georgio* filio Symonis, et multis alijs testibus ad hec uocatis specialiter et rogatis. Ad premissorum itaque perpetuam memoriam presentes nostro et predicatorum venerabilis patris *Lodomerij* Waradiensis episcopi et Magistri *Johannis Colocensis Electi* sigillis fecimus communiri.

Két példányban van meg. A pecsétek minden okmányon vereszöld szelmen függetek. Középen a pápai követé, mely az egyiken még megvan; tojásalaku, fekete viaszban; czimerében álló főpap, jobbját áldásra emelvén, baljában pásztorbot. Körirata ez: S. PHYLIPI. DEI. GR(AC)I.A. EPI(SCOPI). ET CO(M)ITIS. — — —. Egy másik még fenlevő pecséten csak egyes betűk s a czimerben fejvesztett alak látható. — Lad. 25. fasc. 1. Nr. 1. és 2. — Az első okmányon régi kéztől e szavak olvashatók: *super palacio Zenie dne* (domine); az utóbbi okmányon pedig: *Priuilegium super palacio magno de Ciuitate*. — Említő Fejér V. II. 604. l. — Feltűnő ez okmánynak mód nélküli szószaporító s a magyar irálytól annyira különböző szövege.

## 151.

1279. marcz. 29. szerdán. — *Nicolaus de Guarino auctoritate sedis apostolice publicus Notarius a fenebbi számban emlitett palotaeladásról a fenebbi okmány szavaival csekély változás- és kihagyásokkal tanuskodik. E palotát így irja le: quoddam Palacium, quod idem Vgrinus habebat in Civitate Strigon. super locum fori, cum omnibus domibus, Currijs, ac casamentis, fundis et areis, cui a parte Septemrionali quidam Strictus Vicus coheret, per quem descenditrusque ad flumen parui Danubij et postmodnm iuxta eundem Danubium paruum protenduntur termini usque ad domum Petri dicti Calui albergatoris (kocsmáros) et sic reuertuntur termini et limitaciones usque ad magnam plateam fori, et sic reuertuntur iterum ad strictum uicum, de quo superius est premissum. A Miklós clericus által pedig a káptalannak okozott s a fenebbi számban szinte emlitett 500 márkányi kárról ezt mondja: sicut in actis Curie Venerabilis patris domini Philippi dei gracia Firmani Episcopi apostolice sedis legati, manu Octoboni de Ferraria Notarij, dicitur contineri.*

Nagyobb erősítésül ez okmányra a pápai követ pecsétje volt veres-sárga és zöld selymen függesztre. — Lad. 25. fasc. 1. Nr. 3. — Küljén ez egykorú szavak: *super palacio Zenie domini Firmani Legati.*

## 152.

1279. jun. 23. pénteken. — IV. László király elhatározza, hogy a veszprémi káptalannak Fehérmegeyében a tized az esztergomi káptalannál szokásos mértékkel adassék ki.

Ladizlaus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis vniuersis, quibus expedit et presentes ostenduntur, de Comitatu Albensi, salutem et graciam. Fideles nostri prepositus et Capitulum ecclesie Wesprimiensis sua nobis conquestione efficaciter demonstrarunt, quod uos dei timore postposito et sancte matris ecclesie reuerencia pretermissa, decimas uestras, in vino et in frugibus eisdem prouenientes, cum mensura iusta et legitima non daretis, Pecieruntque ijde... a nobis hu-

militer et instanter, vt ad exigendas predictas decimas mensuram iustum et congruentem, sicut expedit, formaremus. Igitur eorum petitionem pie et iuste admittendam pensantes Regio cum fauore, mensuram, qua Strigoniensi Capitulo solui decime huiusmodi consueuerunt, eidem Wesprimensi Capitulo duximus concedendam, Baronum et Nobilium Regni nostri, qui aderant, huic ordinacioni nostre accedentibus consilio et sensu; ordinantes siquidem et irreuocabiliter statuentes, vt eidem Capitulo Wesprimensi *de qualibet Capecia frumentorum cum Cubulo quatuor palmorum et duorum digitorum pollicibus appositis, cubulus persoluatur; de singulis autem capecijs siliginis, ordei et auene duo cubuli erogentur.* Presertim decime vini cum cubulo trium palmorum adiunctis pollice et duobus digitis, ab omnibus exigantur, sicut in nostro priuilegio, exinde confecto, plenius continetur. Et ut presens nostra concessio et ordinacio firma perpetuo perseueret; eam presentibus et nostro Sigillo fecimus pariter communiri. Datum Bude Anno domini M<sup>0</sup> cc<sup>0</sup> Lxx<sup>0</sup> nono in vigilia beati Johannis baptiste.

A veszprémi káptalannak 1347. évi átiratából. — Lad 47. fasc. 1. Nr. 12. — Fejér panaszkodva említii V. II. 564. l., hogy ez okmány neki leírásra át nem engedtetett.

## 153.

1279. — IV. László király az udvarában betegen fekvő László esztergomi prépostnak megengedi, hogy Gyerkibirtokáról szabadon rendelkezhessék.

Nos Ladizlaus dei gracia Rex Hungarie Significamus, quibus expedit, presencium per tenorem, Quod magister Ladizlaus prepositus Strigoniensis, domini pape Capellanus, dilectus et fidelis noster, in lecto egritudinis in nostra Curia constitutus, pecijt a nobis Humiliter et deuote, ut de possessione sua Gereky uocata, in comitatu Huntensi existente, libera[m] potestatem donandi inter uiuos et testamento relinquendi concedere de benignitate Regia dignaremur; tam ea parte, que est empticia, quam de ea, que est de gracia Bele Regis aui nostri karissimi et nostra aquisita. Nos itaque meritoria et multiplicita seruicia ipsius attendentes, que prefato auo nostro, karissimo patri no-

stro, nobisque exhibuit indefesse, ipsius precibus iustis Regaliter inclinati; concessimus annuendo, ut de ipsa terra possit ordinare et disponere, tam inter uiuos, quam in morte, donando eam, legando cansanquineis et nominatim suis sororibus (mari)isque earumdem et ecclesijs, ita quod nullus ordinacionem, quam de predicta possessione fecerit, impedire ualeat, uel ei ausu (temerario contraire) et si quis hoc attemptauerit; non solum indignacionis Regie, verum etiam false sue attemptacionis senciat vlcionem . . . . magna parte sit empticia ipsius et in magna parte a Domino Bela illustri Rege Hungarie, auo nostro et nobis a . . . . sicut in pluribus litteris, exinde confectis, dicitur contineri. Ut igitur hec nostra salubris concessio rata et firma in posterum perseveret, presentes eidem concessimus, duplicitis sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domini. M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> Lxx<sup>o</sup>. Nono.

Vizfoltos s teljesen el nem olvasható hártýán. A pecsét vereszöld selymen függött. — Lad. 19. fasc. 1. Nr. 6. — Eddig kiadatlan.

#### 154.

1279. — IV. László király átirja és megerősíti a 132. számot.

Ladizlaus dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarieque Rex omnibus xpi. fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum noticiam Harum serie volumus peruenire, quod frater *Martinus Abbas* Monasterij sancti Benedicti ad nostram accedens presenciam, exhibuit nobis priuilegium Serenissimi principis domini Stephani, felicis recordacionis, olim illustris Regis Hungarie, karissimi patris nostri, super empacione cuiusdam molendini, super fluui Goron situati, et collacione fundi vnius curie in villa *Bors* existencium, petens cum instantia, ut idem ratificare et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem tenor talis est:

Következik a 132. szám.

Nos igitur iustis petitionibus ipsius abbatis in Hac parte fauorabiliter inclinati; dictum priuilegium patris nostri ratum habentes et acceptum et de uerbo ad uer-

bum insertum, presentibus confirmamus, duplicitis sigilli nostri munimine roborando. Et quia bone rei dare consultum et presentis vite Subsidium et eterne beatitudinis cernitur premium expectare, ob contemplacionem sancte matris ecclesie et presertim considerata lesionē ipsius monasterij, quam nostris annis puerilibus subportauit; concessimus ordinantes, quod tam abbas et fratres sancti Benedicti de Garana, quam iobagiones seu inquilini eorumdem, in ipso fundo curie residentes, ratione eiusdem fundi curie et molendini nullum censem, nullamque exaccionem, que per nos, uel comitem Borsiensem, constitutum pro tempore aut villicum et Ciues Borsienses, siue quemcunque aliquem alium, ad numerum mansionum ville eiusdem, uel alio modo indicta fuerit, quoconque nomine censeatur, persoluere ullo unquam tempore teneantur; transgressoribus presentis ordinacionis nostre, si forsitan eam attendere temerarie aliqui non curarent; ex nunc super hoc silencium perpetuum imponentes. Datum per manus venerabilis viri magistri Nicolai aule nostre vicecancelarij, dilecti et fidelis nostri. anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> Lxx<sup>o</sup> Nono. Regni autem nostri anno VII<sup>o</sup>.

Vizfoltos hártyán szépen irva. A pecséttöredék ibolyaszínű selymen függ. — Lad. 40. fasc. 1. Nro. 16. — Rövid kivonata Fejérnél V. II. 565. I.

## 155.

1279. — Az esztergomi káptalan *Epelen* Péntekkel, Vásárd fiával, szőlöt cserél.

*Gregorius* prepositus et Capitulum ecclesie Strigon. Omnibus xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salutem in domino. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, quod cum *Pentuk* filius *Wasard de Epel*, vineam suam paruulam, quam, a libero homine emptam, habuit in Epel inter vineas nostras in monte, qui *Zyld* uocatur, nobis reliquerit et assignauerit; nos vineam nostram, similiter in Epel in alio monte, *Laz* uocato, supra vineam, que quondam *Doncus* fuerat, existentem, que a parte orientali vineam nostram, quam quondam *Marcellus* habuerat, tangens, descendit

uersus terram de *Vrsey*, inter vineam *Petri de Kalezna*, ab una parte, et vineam Nicolai ab altera, dedimus et assignauimus dicto Pentuk in predicte vinee sue concambium perpetuo possidendam. In cuius rei memoriam, ad petitionem prefati Pentuk, presentes nostras concessimus litteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum Anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> Lxx<sup>o</sup> nono.

A.

B.

C.

A pecsét ibolyaszinű és zöld selymen függ. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 15.  
— Hibás kivonata Fejérnél V. II. 604. 1.

## 156.

1281. ap. 21. hétfön. — IV. László király gróf Erdötől egy veres lovat vevén, a 200 márkányi vételár átadásáig Némethi helységet engedi át neki.

Ladizlaus dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarie-rex, omnibus xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, salute in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod cum nos *quendam equum* (igy) *rubri coloris* a comite *Erdeu* dilecto et fidei nostro, *nostre Regie celsitudini congruentem*, pro ducentis marcis argenti comparassemus et ea uice propter pecunie nostre defectum ipsam summam pecunie sibi non potuissemus adimplere; presentibus baronibus nostris, *Petro* videlicet magistro Tawarnicorum nostrorum, *Johanne Judice Curie* nostre comite Borsiensi, *Demetrio* comite Posoniensi et *Joanca* comite Nitriensi, dilectis et fidelibus nostris, quamdam uillam nostram, *Nempti* vocatam, ad premium nostrum de *Zolum* pertinente, de eodem predio nostro exceptam penitus et exemptam, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis uniuersis, ipsi comiti Erdeu pro predictis ducentis marcis pro tempore duximus obligandam. Ita videlicet, quod idem comes Erdeu prenotatam uillam Nempti possidere, tenere et prouentus eiusdem ad modum hereditarie possessionis sue percipere valeat; donec ipse ducente marce per nos eidem fuerint plenarie persolute. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes eidem concessimus litteras duplicitis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti

viri magistri *Achonis* aule nostre vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> octuagesimo Primo. XI. kalendas May, Regni autem nostri anno octauo.

A pecséttöredék vereszöld selymen függ. — Lad. 18. fasc. 1. Nr. 12. — Emliti Fejér V. III. 93. l. — Küljére kissé későbbi kéztöl e szavak írvák : Priuilegium, quod datum est capitulo Strigoniensi per Erdeu comitem super facto possessionum Nemty et Thoty uocatarum. — László király ugyanez évben valami gróf Péternek szintén egy lóért a thuróczmegyei *Taj* helységet adományozta: „inducente nos ad collacionem, donacione seu tradizione cuiusdam equi *Seco coloris alti pretii, quem regie aplum et congruum Maiestati ab eodem recepimus.“ (Fejér V. III. 76. l. és ismét X. III. 268. l.) hol azonban *sceu coloris*-nak mondja a lovát. Jóformán mind *seco*, mind *sceu* hibásan van közölve, talán: *sceug*=szög helyett). László király tehát szenvendélyes lovász lehetett; s ha meggondoljuk, hogy egy lóért 200 márkát, korábban roppant összeget, adott; akkor nem csodálhatjuk, hogy pénztára üres volt, s lovakért falukat adományozott.*

## 157.

1281. — Erzsébet királyné biztosítja Mikót és testvérét, hogy *Epelen* levő földjüket nem fogja tölök elvenni.

Elisabeth dei gracia Regina Hungariae omnibus xpi fidelibus, presens scriptum intuentibus, salutem in salutis largitore. Vt ea, que aguntur in tempore, non irritentur post tempora, nec a memoria dilabantur, ad eternam rei noticiam solent litterarum patrocinio communiri. Proinde uniuersorum, presencium, futurorumque noticie harum serie uolumus fieri manifestum, quod cum terram *Mycou biloti filij Chomou, Stephani et Symonis fratrum eiusdem, Jobagionum exercitualium nostrorum de villa Epel*, de comitatu Strigon., propter diuersa incommoda et multiplicia scandala in Regno nostro emergencia, quam plures petuiusserent sibi dari, iuri ipsorum hereditario uolentes preiudicare in hac parte; tamen quia terram ipsorum *iobagionum nostrorum cuiquam conferre legitime non possumus*, nec sine eorum famulatu carere comode ualemus; predictam terram Epel uocatam, que ad ipsorum Mycou, Stephani et Symonis, ac heredum suorum, Jobagionum videlicet exercitualium nostrorum, ius hereditarium pertinere et spectare dinoscitur, reliquimus et permisimus eisdem, ac eorum heredibus heredum-

que suorum successoribus, perpetuo, pacifice et inreuocabili per possidendum, simul cum omnibus utilitatibus suis et pertinentijs universis; volentes et auctoritate presencium eisdem promittentes, quod prefatam terram Epel, in ius et proprietatem ipsorum iobagionum nostrorum pertinentem, nulli nobilium, seu Regni nostri incolarum conferemus, in eorumdem preiudicium et grauamen; quin ymmo pocius ipsos et eorum heredes universos in suis libertatibus consuetis cum terris, pertinentibus ad eos, inmobiliter intendimus conseruare et quibuslibet occasione prefate terre Epel procedere uolentibus, ne intromittere se presumptant ad eandem, silencium duximus inponendum. In cuius rei memoriam et perpetuam firmatatem presentes concessimus litteras, duplicitis sigilli nostri munimine roboras. Datum per manus venerabilis patris Thome dei gracie Episcopi Waciensis aule nostre Cancellarij, fidelis nostri. Anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> octuagesimo primo.

Vizfoltos hártyán igen szépen irva. A pecsét öredék zöldsárga selymen függ. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 16. — Eddig kiadatlan.

### 158.

1282. marcz. 12. csütörtökön. — Az esztergomi káptalan két gyarmathi jobbágyának engedélyt ad, hogy Patas helység mellett a Garan ágán malmokat épithessenek.

Universis, presentes Litteras inspecturis, Magister *Andreas* prepositus et Capitulum ecclesie Strigoniensis salutem in Largitore salutis. Ad vniuersitatis vestre noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod *Guntherius* et *Blasius*, iobagiones nostri de villa *Gormoth*, ad nostram presenciam accedentes, nobis humiliter supplicarunt, vt eos permitteremus super particula aque, que de flumine Goron deriuatur, retro villam nostram *Patas* vocatam, facere molendinum. Nos igitur eorum peticioni et supplicacioni condescendentes benigne, prout a nobis petebant eis construendi molendinum, seu eciam molendina dedimus licenciam, in loco superius annotato; ea condicione nichilominus, per ipsos et eorum heredes, ac nepotes perpetualiter obseruanda, quod tam ipsi, quam eorum posteritates in signum Dominij, ex parte cuius-

libet Molendini, uel parium lapidis molaris, singulos fertones denariorum visualium circa festum sancti Michaelis in autumpno nobis et nostris successoribus annuatim et perpetuo soluere tenebuntur. Et quia per Simonem de eadem Patas eis in hac parte fuerat contradictum; ad inspiciendum dictum locum molendini, si exinde molendino ipsius Simonis possit preiudicium generari, nec ne, discretum virum magistrum *Serafinum decanum et karissimum concanonicum nostrum* duximus destinandum, qui illuc cum peritis molendinarijs et molendinorum magistris accedens, diligenter perspexit et ei fide patuit oculata, quod molendino eiusdem Simonis per construcciones predictorum molendinorum, seu molendini fieri impedimentum non possit; et ne super hoc Simon et *files* et eorum cognati cum Guntherico et Blasio supradictis deueniant in contencionis materiam recidive, ordinauimus invariabiliter inter ipsos, ut per clausuras molendinorum, uel construcciones, aqua Grane, ibi currentis, nec altius extollatur, nec eciam submittatur, quam nunc naturali cursu et situ, ac meatu labitur et decurrit, et id omni tempore obseruetur, ne alicui predictorum molendinorum possit noum (igy) impedimentum, nocumentum, (uel) preiudicium generari. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, presentes litteras eisdem nostro sigillo dedimus com(munitas). Datum per manus discreti v(iri magistri) *Sixti lectoris*. Anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> Lxx<sup>o</sup> secundo, quarto ydus Marcij.

A.

B.

C.

Szakadozott és vizfoltos hártán. A pecsét zsinegestől elveszett. —  
Lad. 38. fasc. 1. Nr. 2. — Emliti Fejér V. III. 147. I.

1282. aug. 22. szombaton. — Marczel esztergomi örkano-nok *Berény* földet a 137. számban megnevezetteknek ujra bérbe adja az esztergomi keresztes lovagok előtt.

Nos Frater Dominicus magister et totus Conuentus sancti Regis Stephani de Strigonio significamus, quibus expedit, tenore presencium vniuersis, Quod discretus vir Marcellus custos ecclesie Strigoniensis ad presenciam nostram accedens,

terram suam custodalem, *Berin* vocatam, sitam in Comitatu *Neugradiensi*, locauit tribus theotonicis, *Kunch* uocatis et *Frederico*, filio *Beringeur*, *Albereht*, *Hench Hungaro*, *Lypoldo*, *Wygman* villico, *Rodolpho*, *vrnico*, *Walculch*, et *Detreh*, hospitibus de villa *Ineu*, iobagionibus magistri Bartholomei, ad conducendum ipsam terram, constitutis personaliter coram nobis; condicionem huiusmodi mediante, ut predicti Theotonicci annis singulis, quamdiu ipsam terram tenebunt, prefato custodi tres marcas fini argenti, uel denarios vsuales tanti ualoris, et ceram ponderis triginta marcarum, in festo nativitatis beate virginis soluent, ut assumpserunt, et in eodem festo Nativitatis beate virginis, nec non in festiuitatibus Pasce et Pentecostes annuatim singulos agnos pinques sex, caseosque bonos ipsi custodi in signum muneris offerent et dare tenentur; incursuri penam dupli, si aliquod predictorum non dederint in terminis et festiuitatibus supradictis et nichilominus a locacione predicte terre nouerint se casuros. In cuius rei memoriam ad petitionem parcium presentes litteras nostro Sigillo dedimus communitas. Datum et actum anno domini Millesimo Ducentesimo octuagesimo secundo, in octaua assumptionis virginis gloriose.

A pecsét küljére volt nyomva. — Lad. 51. fasc. 1. Nr. 11. — Emili Fejér V. III. 147. 1.

## 160.

1283. jan. 25. hétfön. — Lodomér érsek, Marczel esztergomi örkanonok előterjesztésére, miután azt dominus *Raynaldus* prepositus sancti Thome martiris de promontorio Strigon., qui diu exstitit Archidiaconus Neugradiensis, et magister *Valentinus* Cantor Strigon. qui diuicius tenuit magistratum predicte ecclesie de *Wodkerth*, necnon *Nicolaus* nunc archidiaconus Neugradiensis és Kilián ekkori vadkerti lelkész is esküvel bizonyíták; elhatározza: ut *Condicionarij nostri de Wodkert*; videlicet *Curbungiones* nostri singulos sapones frugum cum singulis gallinis et *sanctiferi* ac plaustrales nostri singulos sapones duos cum singulis gallinis ex parte singularum mansionum suarum eidem Custodi, (mint magistro ecclesie de *Wodkerth*) in duabus partibus, magistratus pro iure, in tercia uero parte

sacerdoti de Wodkerth, pro tempore constituto, exsoluere in perpetuum teneantur.

Tamás esztergomfi érseknek 1313. évi átiratából. — Lad. 51. fasc. 1. Nr. 23. — Fejérnél V. III. 189. l. — *Curbungiones* talán madárdszokat jelentenek, *Curbaculum* madárfogó eszköztől így neveztetve; *Sanctiferi* talán egyértelmű a *Sanctuarii* vagy *Sancti* nevekkel, melyekkel az egyházhoz tartozó személyek, vagy a földbirtok is jeleltetett.

## 161.

1283. aug. 28. szombaton. — (quinto (Fejér: tercio) kal. septembr.) — IV. László király Lodomér érseknek, ki primum ecclesie waradiensi presidens et nunc *sanctam Strigoniensem ecclesiam matrem nostram* feliciter gubernans, in feroiore fidelitatis iugiter persistendo, non solum spirituali; sed et temporali nostre et tocius Regni nostri saluti consulens, Regni eciam nostri reformacioni summe necessarie provide, prudenter et incessanter insistens, graciā Regiam tam karissimi patris nostri Stephani Regis illustris recordacionis, quam nostram, tociusque Regni nostri fauorem insignibus obsequiorum impensionibus sibi et ecclesijs, quibus preesse meruit, dignus fuerit comparare; — ezen érdemeit megjutalmazandó; az atyja István király által Lodomérnek és általa a váradi egyháznak engedett abbeli szabadalmat, hogy az utód nélküli nemesek ez egyháznak hagyhassák birtokaikat, s hogy az egyház birtokain feldezedendő arany, ezüst és vasbányák jutaléka egészen az egyházé legyen; az esztergomfi egyházra is kiterjeszti és az egyház jobbágyait az adózás alól felmenti.

A pecsétöröké veresződ selymen függ. — Lad. 47. fasc. 1. Nr. 6. és fasc. 5. Nr. 4. — Fejérnél V. III. 158. l.

## 162.

1283. — Vancsay Tamás és testvére Orbáz pozsegai prépost Lodomér esztergomfi érseknek átengedik *Farnadot*, *Susolon* levő *Loucha* és *Parasztonuk* földek- és 70 ezüst márkáért az esztergomfi keresztes lovagok előtt.

A.

B.

C.

Frater Dominicus magister Hospitalis et totus Conuentus

Cruciferorum S. Regis Stephani de Strigonio, vniuersis, presentes litteras inspecturis, salutem in largitore Salutis. Ad universorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, quod nobilis vir magister Thomas, filius Petri, *de genere Bancha, nepos domini Stephani cardinalis*, nomine suo, et discreti viri *vrbazi*, prepositi ecclesie sancti Petri de *Pasga* (igy), fratri sui, nomine et speciali mandato eiusdem prepositi, coram nobis personaliter constitutus, confessus est terras et possessiones suas cum terris aratorijs, *practiuis, buskiuīs*<sup>1)</sup>, vinetis et virgultis, *Furnad* vocatas, *partim in Comitatu Borsiensi et partim Strigoniensi constitutas*, vicinas et contiguas terris et possessionibus archiepiscopi et archiepiscopatus Strigoniensis, cum suis iuribus, vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, secundum metas et limitaciones ipsarum possessionum, nullo iure in eisdem possessionibus sibi, uel fratri suo predicto penitus reseruato, dedisse et tradidisse in concambium domino *Lodomerio* venerabili patri archiepiscopo Strigon. et per eum suis successoribus archiepiscopis et archiepiscopatui Strigoniensi, pure, simpliciter et absolute, inmutabiliter et invariabiliter, in perpetuum, pleno iure et quod ab eodem domino archiepiscopo, interueniente expresso consensu (discretorum vi)orum prepositi et Capituli ecclesie Strigon. et *nobilium iobagionum ecclesie sue*, ex causa permutacionis, possessiones archiepiscopatus Strigon., terras populatas, existentes in *Susol, Loucha et Poroztolnuk* nominatas, cum suis iuribus, vtilitatibus et pertinencijs, iuxta metas et limitaciones antiquas, sibi, *castro suo* et possessionibus suis propter vicinitatem dictarum possessionum magis vtiles, recepisset in concambium; nichilominus personaliter est confessus, Sibi, fratri suo et suis heredibus, herendumque suorum Successoribus incommutabiliter iure perpetuo possidendas; et quia predite possessiones magistri Thome et fratri sui prepositi *vrbazi*, *Furnod* superius nominate, walorem et estimacionem possessionum dicti archiepiscopi et archiepiscopatus aliquantisper in valore excedere credebantur; propter equalitatem

---

<sup>1)</sup> Erdős föld, bosco olasz szótól, mely redőt jelent.

permutacionum predictarum predictus dominus archiepiscopus addiendo de pecunia numerata Septuaginta marcas *boni fini et legalis argenti* coram nobis integraliter et sine diminucione eidem magistro Thome, recipienti nomine suo et fratri sui vrbazi prepositi manualiter numerauit. Promittens por sollempnem stipulacionem nomine suo et fratri sui predicti, sub ypoteca omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, presencium et futurorum, quod archiepiscopum et archiepiscopatum Strigon. contra omnem inpeticionem super dictis possessionibus, suis laboribus et expensis defendere et expedire ipsi et eorundem heredes in perpetuum tenebuntur; predicto venerabili patre illud idem super suis possessionibus, datis in cambium, sollempniter promittente vice uersa; renuncians predictus magister Thomas nomine suo et fratri sui omnibus iuribus, rationibus, priuilegijs, documentis, quibuslibet excepcionibus, appellacionibus, specialiter excepcioni pecunie non numerate et omni legum et canonum auxilio, quibus ipsi, uel ipsorum heredes in posterum aliquo iuris colore crederent se iuuare; et presertim, quod non dicent se deceptos in parte, (uel) in toto, uel eciam ultra dimidiam iusti precij et quod beneficio speciali restitucionis in integrum, uel iuris communis cuiuscunq; non vtentur in iudicijs, uel extra iudicium ullo casu. In cuius rei testimonium presentes concessimus litteras, Sigilli nostri munimine roboratas. Datum anno domi M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> Lxxx<sup>o</sup> tercio, indicione vndecima.

A pecsét ibolyaszinű selymen függött. — Lad. 49. fasc. 1. Nr. 7. — Eddig kiadatlan; azonban kivonatilag megemlíttetik a budai káptalannak egy ez évi oklevelében Fejérnél V. III. 198. l.

## 163.

1283. — A budai káptalan Lodomér érsek megkérésére átirja az esztergomi keresztes lovagoknak a Lodomér érsek és Vancsay bibornok unokái közti birtokcseréről szóló levelét (l. a 162. számot.)

Szakadozott hártán. A pecsét zöld selymen függött. — Lad. 41. fasc 2. Nr. 13. — Közli Fejér V. III. 198. l. ki egyéb kisebb hibák közt a 201. lapon a 22. sorban Benedicto szavat tesz az eredetiben levő *Bedew* helyébe.

## 164.

1284. február 20. vasárnap Esztergomban. — Lodomér esztergomi érsek néhány esztergom polgárnak esküvel erősített bizonyítása után elhatározza, hogy a bécsi s egyéb kereskedők a gabona s más élelmi szerek után is tartoznak az esztergomi káptalannak vámot fizetni.

Nos Lodomerius dei gracia Strigon. archieppus. et comes perpetuus loci eiusdem significamus vniuersis, quibus expedit, litterarum presencium per tenorem, Quod cum inter discretos viros magistrum *Andream* doctorem decretorum prepositum et Capitulum ecclesie nostre Strigoniensis, karissimos in domino fratres nostros, ab una parte, et inter mercatores *de superioribus partibus alemannie et specialiter de Wyenna*, uel eciam vndeunque per terram, uel per aquam in Hungariam cum suis mercibus descendentes, ab altera, exorta fuisse materia questionis super eo, quod ijdem mercatores de frugibus, videlicet de frumento, Syligine, ordeo et auena, pisis, fabis, leguminibus, rapis et de alijs mercimonalibus rebus suis minutis, predictis fratribus nostris tributum soluere contendebant; Tandem nos Huiusmodi questionibus inter ipsas partes finem imponere cipientes, iuramento quorumdam Ciuium Strigoniensium, qui super solucione et prestacione tributi et diurnitate temporis cognouerunt omnime ueritatem, hoc negocium duximus committendum et ijdem demum nobis appuerunt sub religione iuris iurandi, vt dicti mercatores de omnibus mercibus suis tributum dare deberent iuxta morem et consuetudinem aliorum, unde nos decreuimus, sentencialiter statuentes, quod omnes mercatores, sicut prediximus, in Hungariam uenientes, de omnibus mercibus suis et rebus alijs mercimonalibus, cuiuscunque generis, maneriei (igy), uel speciei existant, predictis fratribus nostris iustum tributum et consuetum sine contradictione in perpetuum soluere teneantur. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras nostro Sigillo dari fecimus communitas. Datum *Strigonij* anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> LxxxIV. in dominica esto mihi.

A hártyazsinegről függött pecsét elveszett. — Lad. 24. fasc. 1. Nr 6. — Kivonata Fejérnél V. III. 262. l.

1284. apr. 7. nagypénteken.—A nyitrai káptalan két kereszteny kun kérésére s László király parancsára a barsmegyei *Rasnicza* földnek határait megjáratja és leirja.

Vniuersis xpi. fidelibus, quibus presentes patuerint, Ni- triensis ecclesie Capitulum salutem in domino sempiternam. Significamus uobis, quod *Iwan et Kuchmeg cristiani Cumani* de comitatu Borsiensi, ad nostram accedentes presenciam, litteras *Ladizlai* illustris Regis Hungarie et domini nostri nobis exhibuerunt, hunc tenorem continentem, quod nos hominem nostrum virum ydoneum et fide dignum cum homine eiusdem domini regio *Mikus nobili de Babindon* ad circuiendam terram eorundem Cumanorum *Rasnicha* uocatam in comitatu Borsiensi existentem, mitteremus. Nos igitur fauentes Regio precepto, ut tenemur, nostrum misimus hominem, ad id exequendum, qui de mun rediens ad nos unacum eodem homine ipsius domini regis, concorditer propositum extitit per eosdem, quod ipsam terram reambulassent, nouas metas iuxta ueteres erigendo et eandem vsui septem aratrorum inuenissent, excepta *Isok* fratris eorundem, similiter cristiani Cumani, quam quidem terram ex permissione et uoluntate eiusdem domini regis, prout in litteris patentibus ipsius nobis constituit euidenter, Magistro Michaeli et farcasio fratri suo, filijs *Dama* et per eum suis heredibus, heredumque successoribus pro uiginti et una marca, ab eisdem coram nobis plenarie perceptis, iure perpetuo uenderunt possidendam et huic vendicioni predictus frater ipsorum *Isok* et *Tescench*, quidam alter cristianus cumanus, frater predicti *Kuchmeg*, Item comes Petrus cum filio suo *Bors*, *Bees* filius Bees sum fratre suo *Bors*, Item *Zocho*, *Bense Domus* et *Miko* iobagiones Castris Borsiensis, commetanei et uicini eiusdem terree (igy), qui in reambulacione iam dicte terree presentes extiterunt, sicut idem homo noster dixt, consensum prebuissent beniuolum et fauorem. Obligantes se nichilominus ijdem Cumani, quod si processu temporum eadem terra, per eosdem uendita, ab eisdem magistro Michaeli et Farcasio uel a suis Heredibus per quempiam reuocari niteretur, uel in litem traheretur; sepeſati Cumani et eorum successores ipsos magi-

strum Michaelem et Farcasium, ac eorum Heredes defendere tenerentur, eadem terra in ius perpetuum eorundem remanente. Cuius quidem terre metee (igy) hoc ordine distinguntur. Prima meta incipit a parte orientali, ubi sunt metee capitales terre *Nimthin* et *Vezequen* iuxta magnam uiam, que uadit a *Marouth* in *Comitatum Bors*, per eandem magnam uiam transiendo, peruenit ad unam arborem *Ilicis*, eundo inter plagam orientalem et inde descendit ad *lacum Rasnicha* uocate (igy), ibi transiendo peruenit ad fonticulum, deinde progrediendo per unam uallem uirgultosam, ubi sub duabus arboribus *Ilicis* est magna meta terrea, deinde ascendit ad unum monticulum usque meridiem, ubi contiguat terre castri *Borsiensis*, que dicitur terra *Jurk*, deinde iuxta predictam terram *Jurk* descendit, ubi peruenit uiam magnam per quam itur ad *Bors*, eundo per eandem uiam satis in bona quantitate, deindeexit de uia usque occidentalem, deinde eundo inter occidentalem et septemtrionalem, perueniet ad monticulum deinde desscendit ad lacum predictum, ubi transit ad arbores prunarum, deinde asscendit ad monticulum et peruenit ad arborem piri, deinde uadit ad metam, que attinet ad *vezequem*, que est iuxta uirgultum, deinde transiens ad plagam septemtrionalem de meta ad metam usque ad primam metam, que iacet iuxta magnam uiam uersus plagam orientalem; ibique terminatur. In cuius rei memoriam presentes concessimus litteras, sigilli nostri munimime robaratas. Datum VII. Idus mensis aprilis. Anno domini Millesimo C<sup>o</sup>C<sup>o</sup> octagesimo quarto. Ecclesie nostre lectore magistro *Bartholomeo* existente.

A

B

C

Vizfoltos hártyan igen szépen irva. A pecsét zöld és ibolyaszínű selymen függ. — Lad. 8. fasc. 2. Nr. 2. — Fejér kétszer közli az okmány rövid kivonatát, egyszer (V. III. 273. 1.) 1284. évre, másodszor pedig (u. o. 314. 1.) 1285. évre. És csakugyan nem határozható meg az eredetiben teljesen az évszám. Nagyobb azonban a valószínűség, hogy 1284-ben kelt.

166.

1284. jun. 4. vasárnap. — Az esztergomi városhatóság a káptalantól városházépítésre nyert házhely fejében megengeti, hogy a káptalan az öt megillető vámot bárhol szedhesse.

Vniuersis, quibus expedit, significamus presencium per tenorem, Nos *Comes Elkynus Judex Ceterique Ciues Strigoniensis Ciuitatis*, Quod licet tributarij honorabilis Capituli Strigon. tributum ipsius Capituli non alias, nisi in loco fori ipsorum in Ciuitate Strigon. de omnibus rebus exigere tenerentur; tamen quia ipsum Capitulum nostre necessitatibus compaciens eo, quod *domum iudiciale* alias habere nullo modo poteramus, nisi in terra ipsius Capituli, ubi ipsum tributum exigi est consuetum et idem Capitulum ipsum locum, seu terram eorum pro edificacione domus iudicialis Ciuitatis nostre ad nostram supplicationem nobis perpetuo iure concesserunt, et quia timebant, ne per hoc in ipso tributo dampnum paterentur; ideo nos eidem Capitulo assumpsimus testimonio presencium, ut tributarij eiusdem Capituli predictum tributum ab omnibus mercatoribus, tam nostris, quam forensibus, ubicunque uolunt, siue in porta, siue in uico nostro, siue in Camerys (Fejér: *Kamar?*), siue foro, liberam habeant exigere facultatem et contra resistentes tributarijs eiusdem Capituli auxilium nostrum impendemus, dummodo fuerimus requisiti per eosdem, nullum dampnum, nullamque alienacionem, uel molestiam in facti dicti tributi eisdem per nostros fieri faciemus; sed iuxta formam priuilegij domini Bele regis, ut hactenus exigatur. Si uero aliqua grauamina, quoquis colore inuenta, ipsi Capituli in facto dicti tributi faceremus, vel fieri procuraremus; tunc ipso facto domum iudiciale, quam fecimus in terra ipsorum, a nobis plenam habeant rehabendi facultatem. Si uero absque lite remittere non curaremus nos vel successores nostri; contra ipsum Capitulum in Centrum marcis conuincamur, dummodo grauamina et dampna notoria fuerint euidenter. Datum in octauis pentecostes Anno domini M<sup>0</sup>CC<sup>0</sup> octogesimo IIII-to.

Szépen irva. A városi *kettős pecsét* töredéke ibolyaszínű selymen függ. — Lad. 47. fasc. 5. Nr. 6. — Közli Fejér Lajos királynak 1365. évi átiratából VII. II. 229. l. és ujra rövid és hibás kivonatban V. III. 273.

tergomi egyháznak adományozza a káptalannak *Epel* földjével határos és hasonnevű kirbynéi földet.

Elisabeth dei gracia Regina Hungarie Omnibus xpi. fidelibus, tam presentibus, quam futuris presentes litteras intuentibus, salutem in uero salutari. De singulorum prouisione solliciti, circa matrem sanctam ecclesiam, quam cultu precipuo ueneramus, curam debeimus impendere specialem, ut deo famulantes, Regio inducti beneficio, quiete uiuant et placabilem ostiam offerre ualeant coram deo. Proinde ad uniuersorum noticiam, tam presencium, quam futurorum, harum serie uolumus peruenire, Quod cum post Coronacionem nostram in primo introitus nostri in ecclesiam Strigonensem, ob deuocionem, quam pie mentis affectu gerimus erga sanctum martirem adalbertum, promisissemus nomine offertorio prefate Strigon. ecclesie in decenti possessione benignitate solita prouidere; memores huiusmodi prmissionis nostre; attendentes nichilominus nil tam esse salubre, tamque pium, quamquam (igy) ecclesijs dei et personis, in eisdem Deo iugiter famulantibus, prouisionem facere specialem, hac consideracione inducere, quandam *terram nostram Reginalem*, cum terra dicte ecclesie Strigon., *Epel* uocata, mixtim adiacentem, ad duo aratra sufficientem, super qua *exercitiales populi Reginales* residebant, in perpetuam elemosinam nostram et ob remedium anime serenissimi domini Regis Stephani clare recordacionis socii nostri, eidem ecclesie Strigon., de plenitudine gracie nostre, ex certa sciencia et mera liberalitate, dedimus, donauimus et contulimus perpetuo pacifice possidendam, ab usu et potestate eorumdem populorum exercitualium pure et simpliciter eximendo. Ut igitur hec nostra donacio robur perpetue firmitatis obtineat, nec ullo unquam tempore ualeat retractari; presentes dedimus litteras, duplicitis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus uenerabilis patris Thome Episcopi Waciensis, aule nostre Cancellarij et Comitis de Plys, fidelis nostri. Anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> Octuagesimo Quarto.

A pecsét igen finom sárga selymen függött. — Lad. 26. fasc. 1. Nr. 17.  
— Kihagyásokkal közli Fejér V. III. 214. 1.

1284. — A névszerint felhozott püspökök az esztergomi döméstemplom számára bucsut engedélyeznek.

Uniuersis xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis, Permissione diunina *Guillermus Corinthiensis, Raynaldus Messanensis, Petrus Arborensis Archiepiscopi, Petrus Haiocensis (?)*, *Vincencius Portugalensis, Herricus Saxenar, Bernardus Humanas, Symeon Balneoregensis, Tholomeus Sardamensis, Acerus Wexionensis, Andreas Asloensis, Obertus Clusiensis, Guido Papiensis, Gerahardus Brandburgensis, Aredolus Ouetensis, Robertus Rorensis, Aredericus Senogaliensis, Orlandus Spoletanus, Paulus Tripolitanus, Bartholomeus Anteradensis, Bernardus Perusinus, Bonus Johannes Esculanus Episcopi*, Salutem in domino. Licet is, de cuius munere uenit, ut sibi a fidelibus suis digne ac landabiliter seruiatur, de abundancia pietatis sue merita suplicum excedens et uota, bene seruientibus multo maiora tribuat, quam ualeant promerer; desiderantes tamen reddere domino populum acceptabilem, fideles xpi. ad complacendum ei, quasi quibusdam allectiuis muneribus, indulgentis videlicet et remissionibus, salubriter inuitamus, ut exinde reddantur diuine gratie aptiores. Cupientes igitur, ut Ecclesia fratrum predicatorum In Civitate Strigoniensi congruis honoribus frequentetur; Omnibus uere pertinentibus et confessis, qui ad Ecclesiam ipsam in festis subscriptis, videlicet In die (dedica)cionis et In anniuersario eiusdem, In festo beati Petri Martiri, In festis sanctorum confessorum .. Domini et Martini, (In festo sancte) Katerine Virginis et martiris et .. octauas omnium sollemnitatum predictarum causa deuocationis accesserint, nel manum (por)rexerint adiutricem; Nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoriteta confisi, Singuli singulas quadragenass annis singulis de iniuncta sibi penitentia, dummodo consensus Diocesani accesserit, misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium, presentes litteras fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum apud Vrbem ue-

*terem Anno Domini Millesimo ducentesimo LXXXIIIº. Pontificatus domini Martini pape quarti Anno quarto.*

Szakadozott és megviselt hártyán szép nagy betükkel irva. A pont utáni nagy betük szinezvék. Három veres pecséttöredék és 19 pecsétasínór függ róla. — Lad. 44. fasc. 5. Nro 10. — Eddig kiadatlan.

### 169.

1285. jan. 1. hétfön. Budán. — IV. László a sz. benedeki apátság jobbágyait a főispányok hatósága alól elődeinek szabadalmai folytán kiveszi és saját meg az országbírónak hatósága alá helyezi.

Ladislaus dei gracia Rex Vngariae fidelibus suis Borsensi, Nytriensi, de kamarun, de Pylis, de Zolum et Chengradiensi Comitibus, pro tempore constitutis salutem et graciām plenam. Cum dominus Bela auus et Stephanus pater noster karissimi, illustres Reges Vngariae, clare recordacionum, sicut in priuilegijs eorumdem vidimus contineri, vniuersos populos monasterij sancti Benedicti *de Goron* a cuiuslibet parochialis iudicis iudicio exemerint, et nos ipsos populos in eadem libertate velimus conservarc, pietate Regia condescendetes eisdem; fidelitatí vestre damus firmiter in mandatis, quatenus populos predicti monasterij in nullo casu debeat is iudicare, seu eciam in aliquo molestare; quia nos eosdem populos protectioni Thome filii andree Comitis duxinus committendos; volentes, vt si qui aliquid actionis habuerint contra populos sepedictos, in nostri praesencia experiantur cum eisdem, iuris ordine obseruato, uel corem Judice Curie nostre. Datum Bude in octauis Natiuitatis domini, anno eiusdem M°cc°Lxxx° Quinto.

A pecsét ugy látszik hártyazsinegen függött. — Lad. 40. fasc. 1. Nr. 17. — Négy szóval emliti Fehér, V. III. 314. 1.

### 170.

1285. apr. 15. Vasárnap. *Esztergomban.* — Lodomér érsek bizonyítja, hogy az esztergom-szenttamási káptalan a főkáptalan javára az *Ebeden* követelt halászjogtól elállott.

Nos Lodomerius dei gracia Strigon. archi-episcopus et comes perpetuus loci eiusdem, Significamus vniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem, Quod cum inter discretos

viros, karissimos in domino fratres nostros, magistrum vide-  
 licet *Andream* doctorem decretorum prepositum et Capitulum  
 ecclesie nostre *Strigon.*, ex una parte, et inter magistrum  
*Benedictum* doctorem decretorum prepositum ecclesie sancti  
 Thome martiris de Promontorio *Strigon.* et Fratres sev ca-  
 nonicos ecclesie sue, ex altera, suborta fuisse materia  
 questionis, Super piscarijs, piscaturis, siue piscinis vsonum et  
 sturionum, constitutis in danubio circa villam nostram, *Ebed*  
 vocatam, in quibus ipse magister Benedictus se, ac predictos  
 fratres suos, canonicos ecclesie sue, pretextu trium hominum  
 suorum, commorancium in vna solaque Curia de eadem  
 villa *Ebed*, dicebat porcionem habere debere; illam scilicet,  
 que a piscatoribus earumdem piscinarum, annis singulis, ab  
 antiqua consuetudine temporis, cuius vix extat memoria, pre-  
 dictis fratribus nostris preposito et Capitulo ecclesie *Strigon.*  
 debetur. Tandem partes pro bono pacis perpetue ad talem  
 compositionem, scita et intellecta huius rei ueritate a senio-  
 ribus et veridicis hominibus, quibus longa diuturnitas dierum  
 et temporum testis erat pariter et magistra, se deuenisse  
 dixerunt, vt ipse magister Benedictus et fratres sui Canonici  
 predicte ecclesie S. Thome ad sui cordis meram conscientiam  
 recurrendo, cesserunt plane et simpliciter questionibus et omnibus  
 iuribus, actionibus et excepcionibus suis, eis, in hac parte compe-  
 tentibus et competituris sibi, que ad presens, sicut prediximus,  
 intentabant aut intentare de iure poterant, uel de facto, predictas  
 piscaturas relinquentes amministrari pacifice ad vsum predicto-  
 rum prepositi et Capituli ecclesie *Strigon.*, sicut ab antiquo  
 tempore usque nunc fuerat consuetum; ita, ut de facto earum-  
 dem piscatarum nec ipse magister Benedictus, nec canonici  
 ecclesie sue, aut aliquis successorum ipsorum ueteres resum-  
 mere, uel nouas immittere aliquo modo, uel ingenio poterunt  
 questiones, facientes finem et remissionem, prudentes, scientes  
 et ydonei et pactum uestitum de vterius non petendo. In  
 cuius in firmitatem et memoriam sempiternam, presentes lit-  
 teras ad peticionem et instanciam parcium predictarum, no-  
 stro Sigillo dari fecimus communitas. Datum *Strigonij* anno do-  
 mini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lxxxv.<sup>to</sup> vicesimo Secundo die Pasce.

A pecsét hártyaszinegen függött. — Lad. 27. fasc. 1. Nr. 4. — Kivonata Fejérnél. V. III. 313. l.

## 171.

1286. aug. 10. szombaton. Esztergomban. — Lodomér érsek a Vanchai István érsek által alapított sz. Luczaoltárt az esztergomi örkanonoksághoz csatolja.

Lodomerius diuina miseratione sancte Strigoniensis ecclesie archiepiscopus, eiusdemque loci comes perpetuus, universis xpi. fidelibus, presentes litteras inspecturis salutem in actore salutis. Pie mentis applectenda deuocio eo est benignius prosequenda, quo sancctori proposito talentum, a domino temporaliter acceptum, in salutis ministerium pro animarum remedio commendatur, ut beneficio temporali in spirituales usus assumpto, resoluto corpore, nutriatur anima, fomentis spiritualibus delinita. Dudum siquidem venerabilis pater Stephanus episcopus Prenestinus, tunc archiepiscopus sancte Strigoniensis ecclesie, felicis recordacionis, pro remedio anime patris sui comitis *vrbazij*, cuius corpus intra porticum ecclesie Strigoniensis traditum extitit sepulture, intra campanilia supra uultam (bolthajtás) in honore beate Lucie virginis construi fecit altare, illud pontificali ministerio dedicando, collatis ad ministerium eiusdem altaris et stipendum presbiteri ministrantis, pro remedio anime patris sui, duabus vineis, intra territorium vinearum de Strigonio, et terra *Vrkuta* uocata, prope Strigonium, cum omnibus utilitatibus suis, silua, feneto et ceteris appendicijs, sicut in ipsius priuilegio, exinde confecto, plenius continetur; ut in laudem dei et salutem anime patris sui in eodem altari misse celebracio pro quiesscentium spiritibus non decesset; et quia defunctorum pias voluntates pontificali semper decens est studio adiuuari, ut crebra fiat salutis oblacio et intensius uigeat devota collacio tribuentis; Ipsum beneficium in persona viri discreti, deo deuoti, *Marcelli* presbiteri custodis ecclesie nostre Strigoniensis, non tam personaliter, quam realiter, ipsi scilicet custodie, cuius erant redditus tenues et exiles, per quem eciam et successores ipsius ad ipsum personatum dictum mise officium credimus et speramus vberius et frequencius exerceri, de omnium fratrum

nostrorum beneplacito et consensu perpetuo duximus annexendum; Ita, ut diebus singulis salua honestate sua et debita deuocione, per se, uel vicarium sacerdotem, nisi impediente infirmitate corporis, celebrari, iuxta formam, antiquitus ab eodem domino Stephano tunc archiepiscopo Strigoniensi patre venerabili constitutam; taliter ipsum beneficium personatiui vniuersitatis; ut utrumque alteri consulatur ex altero et provisio paternalis magis excrescat, quam decrescat in executionibus diuinorum. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem presentes litteras concessimus, munimine nostri sigilli roboratas. Datum *Strigonij* in festo beati Laurencij martiris, Anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lxxx<sup>o</sup> Sexto.

A pecsét zöldsárga selymen függött. — Lad. 51. fasc. 1. Nr. 12. — Emliti Fejér V. III. 339. l.

## 172.

1286. aug. 15. csütörtökön. Az esztergomi káptalan átirja és helybenhagyja a 171. számot.

A.                   B.                   C.

Vniuersis, presentem paginam intuentibus, magister *Benedictus* docor decretorum prepositus et Capitulum ecclesie Strigon. salutem in domino Sempiternam. Bone rei dare consultum et pio operi subuenire, et presentis uite subsidium et eterne remuneracionis premium cernitur expectare; eapropter noverint uniuersi, presentes pariter et futuri, Quod venerabilis pater dominus noster dominus *Lodomerius* dei gracia Strigon. archi-eppus et comes perpetuus loci eiusdem de nostro consensu, beneplacito, consilio et assensu, plebaniam altaris sancte Lucie virginis, *in campanili nostre ecclesie existentis*, quam olim dominus Stephanus Cardinalis Episcopus Prenestinus, tunc temporis videlicet archi-eppus Strigon., pie recordacionis, pro refrigerio anime comitis *Vrbazij* patris sui construi tecerat et salubriter ordinarat, in persona discreti viri *Marcelli* custodis ecclesie nostre custodie Strigoniensi duxit annexendam irretractabiliter et in perpetuum uniendam, vna cum terra vrkuta uocata et duabus

vineis, in usum ministeriorum eiusdem altaris concessis; in hijs et in alijs idem dominus noster Lodomerius archiepiscopus nostre ecclesie prospiciens meliora. Nosque ipsius domini Lodomerij archieppi annexionem et unionem huiusmodi ratam et gratam habentes et confitentes pie ac prouide esse factam; ob maiorem certitudinem nostre beniuolencie et ratificacionis, ac approbacionis in signum, Priuilegium eiusdem, super hoc facto confectum, ad uberiorem cautelam de uerbo ad uerbum in tenorem presencium redigi fecimus et transcribi. Cuius quidem Priuilegij tenor est talis.

Következik a 171. szám.

Nos igitur, ut huius unionis et annexionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec per quempiam hominum villo umquam tempore eidem vnioni et annexioni valeat aliquatenus obuiari; presentibus litteris Sigillum nostrum apponi fecimus et appendi. Datum per manus discreti viri magistri *Cypriani* ecclesie nostre lectoris, anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lxxx<sup>o</sup> Sexto, XVIII kalendas Septembbris.

A pecsét zöldsárga selymen függött. — Lad. 51. fasc. 1. Nr. 13. és 14. — Eddig kiadatlan.

### 173.

1286. november hóban. — IV. László király *Pál* mester veszprémi prépostnak, Rómába tett követségeit megjutalmazandó, Németi és Thótí helyiséget adományozza.

Ladizlaus dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. B. Cumaneque Rex omnibus, tam presentibus, quam futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in largitore salutis. Quum Regum et mundi principium reuerencie congruit et honori, ut suos subiectos de bonis efficere studeant summo opere meliores, non solum metu penarum; verum magis extortione uberrima premiorum, ut in suis illustret largicio principalis zelum fidei purioris munificencijs donatiuis; cum nichil ipsis causandum esse credatur, quibus plurima dominus condonauit et multorum dominio protulit, ac regalis troni fastigij quasi singulari miseracionis diuine consilio pre-signiuit occulto, ut humana condicio ipsius, iugiter a primeuo

libertate nature nulli prorsus obnoxia, regum et mundi principium submittatur imperio obnixius seruitura, exemplo sanctissimo euangelice ueritatis, que maiora et plurima pollicetur ministris et seruis fidelibus, qui in sibi traditis seu creditis, licet exilibus et minutis, zelum exhibuerunt operis per effectum propensioris diligencie, seu fidei illibate. Hinc est, quod cum honorabilis et peritus vir magister *Paulus*, Wesprimiensis prepositus, legum doctor, qui nostro regno nobis et corone a suis progenitoribus obsequiosus exstitit et fidelis, ac nostris et regni nostri in seruicijs uarios labores sollercius pertulit et erumpnas, eciam maria transfretando et in Romanam curiam frequencius nostris in obsequijs transeundo, ac una presertim uice suis proprijs sumptibus expensis cercius sibi commissa semper inuiolate in rore fidei sedulis obsequijs comprobauit, nos celsitudinis regie de gracia liberali uolentes ipsius magistri Pauli prepositi deuocionem et fidem largitis beneficijs ampliare, intendere et, ut congruit, repensare dampna, que pertulit, plurima, nostris obsequijs mancipatus corone per obices et rebelles; duas eidem villas Regias liberas, quas hospites regni nostri incolunt, videlicet *Nempty* et *Thouty*, prope *Corpona* constitutas ab una parte paucis intermedijs villis, ab alia uero prope villam Capituli Strigoniensis, *Zebheleb* vocata, positas, collocatas et sitas supra viam magnam, que itur in *Zebnech Bana* (*Selmeczbánya*), uel argenti fodinam, sic uocatam, cum telonio, uel tributo solito et usitato Regali, quod in ipsis exigi consueuit ab antiquo, exemptas et exceptas a iurisdicione cuiuslibet omnino comitis, uel iudicis et specialiter comitis nostri de Zolum, qui pro tempore fuerit regie de maiestatis indulto, in omnibus ciuilibus et criminalibus causis, tam nunc pendentibus, quam futuris, realiter et perpetuo eximentes, illo eciam non obstante, si qui forte nostre serenitatis priuilegia exhiberent super donacione predictarum villarum, a nobis consimili sibi facta; quia etsi easdem pro tempore quibusdam concesserimus ad utendum et fruendum; perpetualiter tamen nulli, preterquam magistro Paulo preposito in presenti, et quia nostre maiestatis bulle propter plurima de eisdem preter nostra mandata nostre teneritatis perniciose commissa in tempore, nobis, de

*beneplacito tocius Regni nostri, mandantibus abrogate fuerunt et incise; Vnde si qua apparerent super eo priuilegia alia, illa penitus inania et uiribus decernentes uacuata, concessimus, dedimus et donauimus sibi, suisque successoribus, heredumque heredibus et deinceps, perpetuo possidendas, dantes eidem liberam facultatem alienandi, uendendi, cumque alia possessione permutandi cum ecclesiastica uel priuata persona, donandiue inter uiuos, uel eciam in testamento relinquenti, ecclesie nominatim, uel persone ecclesiastice, si uoluerit, uel alijs hominibus, uel personis extraneis, uel suis agnatis, seu cognatis, cuicunque et quandocunque uoluerit, cuiuscunque alienacionis transference titulo, irreuocabiliter perpetuo possidendas. In cuius rei testimonium efficax et perpetuam firmitatem, presentes nostras priuilegiales concessimus litteras, sigilli nostri duplicitis karaktere communitas. Datum per manus magistri Theodori prepositi Zebeniensis, aule nostre vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lxxx<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>. Indicione quarta decima, mense nouembris, Regni autem nostri quintodecimo.*

Szépen irva, a pecsétőredék veres font selymen függ. — Lad. 18. fasc. 2. Nr. 1. — Emliti Fejér V. III. 321. I.

#### 174.

1287. apr. 13. vasárnap. — Lambert a Huntpáznán nemzetsegből Békásmegyeren, Dorogon és Cséven levő részbirtokait elcseréli az esztergomi káptalannak rajcsi pusztájáért az esztergomi keresztes lovagok előtt.

A.

B.

C.

Frater Hermanus magister et vniuersi fratres crucifero-rum sancti Stephani regis de Strigonio vniuersis, quibus pre-sentes ostenduntur, salutem in omnium saluatorem, qui est uera salus. Ad uniuersorum noticiam tenore huius scripti volumus peruenire, Quod Comes Lampertus filius Pazdan, de genere Huntpazdan (igy), ad nostram venit cum Cazmerio filio suo presenciam et nobis dixit, quod particulas possessionum sua-rum in Bekasmeger ante Budam, in Dorogh, et Cheu iuxta

*viam et Civitatem Strigoniensem habitas, dedisset Capitulo Strigoni. et coram nobis cum suis priuilegijs donauit, coram omnibus suis commetaneis et proximis, et non contradicentibus, perpetuo et irreuocabiliter possidendas et tenendas. E conuerso idem Capitulum ipsi Comiti Lamperto et filio suo donauit quoddam preedium suum Raich cum piscina in fluo Arua et alijs suis utilitatibus, sicut eis dominus Endre rex contulit, similiter perpetuo iure et irreuocabiliter possidendum et tenendum, in filios filiorum et heredum per heredes, cuius priuilegium idem Capitulum coram nobis eidem assignauit. In Cuius permutationis testimonium partes a nobis sibi presentes dari postularunt, et nos suadente iusticia duximus easdem concedendas. Datum in octauis pasce. Anno domini. M<sup>o</sup>c<sup>o</sup>Lxxx<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>.*

Az ép pecsét zöldveres selymen függ. — Lad. 26. fasc. 2. Nr. 8. — Eddig kiadatlan.

## 175.

1288. marcz. 21. vasárnap (XII. kal. aprilis). — IV. László király *cum nuper nobis apud Strigonium resipiscere pretteritis nostris de transgressionibus auctore domino studio meliore pertractis*, az esztergomi káptalan eleje járult, panaszkodván, hogy többen a vámot illetőleg rövidséget okoznak neki; elhatározza, hogy sive mercatores de Pest uel de Buda, illisue partibus conuicinis uersus Jaurinum transeuntes, ingrediantur ciuitatem Strigonij nec ne, transeantus per Durug, uel Bandida; kötelezettsének a szokásos vámfizetésre, hasonlóképpen kötelezi erre mercatores Australes, Viennenses Ratisponenses, Bauaros omnes, Saxones, Boemos, Polonus et omnes breuiter citrarenenses. (Fejér: circa Rhenum.)

Igen szépen irva. A pecsét vereszöld selymen függött. — Lad. 41. fasc. 3. Nr. 4. és Lad. 47. fasc. 5. Nr. 7. — Fejérnél V. III. 412. l.

## 176.

1288. apr. 25. vasárnap. — László mester esztergomi prépost káptalanjának adományozza Gyerki birtokát a nyitrai káptalan előtt.

Capitulum ecclesie Nitriensis Omnibus xpi. fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presentem paginam inspecturis, salutem in omnium saluatorem. Ad uniuersorum noticiam testimonio presencium volumus peruenire, Quod Discretus vir magister *Ladizlaus prepositus sancte Strigoniensis ecclesie* ad nostram personaliter ueniens presenciam, uolens terrena celestis (igy) commutare, retulit nobis ministerio uiue vocis, quod quia de bonis dictae Strigoniensis ecclesie ad promotionem sui honoris tanta percepisse allegarat, vt eidem ecclesie de eisdem inter Humane fragilitatis euentus satisfacere minime potuisset; nolens suam conscienciam racione bonorum ipsius ecclesie, iam per eundem perceptorum, spiritualiter honerare; sed pocius elemosinis alleuiare; quandam possessionem suam, *Gereky* vocatam, in Comitatu Huntensi iuxta fluum *Ipul* existentem, empticiam et eciam pro meritorija servicijs suis a domino Rege Ladizlao optentam, cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs vniuersis, sub eisdem metis et terminis, quibus per ipsum habita extitit et possessa, in perpetuam elemosinam dedit, donauit et contulit Capitulo eiusdem Strigoniensis ecclesie perpetuo iure et irreuocabiliter possidendam, tenendam et habendam. In Cuius donacionis testimonium nostrum priuilegium cum pendenti nostro sigillo eidem Strigoniensi Capitulo, ad petitionem eiusdem domini Ladizlai prepositi duximus concedendam. Datum per manus domini *Farkasij* lectoris ecclesie nostre. Anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> octoagesimo octauo. Septimo kalendas Maij.

A pecsét ibolyaszinü selymen függ. — Lad. 19. fasc. 1. Nro. 7. — Eddig kiadatlan.

### 177.

1288. apr. 18. vasárnap. — IV. László király az esztergomi érsek- és káptalannak jobbágyait, különösen a szebelébieket, megerősíti régi szabadalmaikban.

Ladizlaus dei gracia H. D. C. R. S. G. L. C. Bulgarie-que Rex omnibus xpi. fidelibus, presentem paginam inspecturis, Salutem in actore salutis. Quoniam regie conuenit maiestati sacrosanctas Dei ecclesias, in quibus queritur et inueniatur salus et venia peccatorum, sicut alijs dotibus et beneficijs

stipare munificencius donatiuis, sic eciam in sui libertate conseruare donata, ut possessiones et bona ecclesie et Jobagiones, ad Dei ecclesiam pertinentes, nullis iniuriosis Comitum, seu aliorum potentatuum laicalium distracti interdum eciam citationibus, litibus et pulsati Iudicio debeant indebite molestari; nobis dei per gratiam in tronum regni sublimatis, multociens sancte Strigoniensis ecclesie a nostris antecessoribus felicium regum Hungarie super populorum suorum libertatibus, in quibus ipsa sancta Strigoniensis ecclesia merum et mixtum Imperium habere dinoscitur, fuerunt exhibita priuilegia, hoc expressissime continencia, contenta ipsorum intuentibus et tenores, Quod populi omnes vniuersi et singuli, possessiones et ville ipsius sancte Strigoniensis Ecclesie, in quibusunque Regni nostri partibus constituti, seu constitute sint, nonnisi eiusdem sancte Strigoniensis ecclesie prelati, venerabilis videlicet *patris nostri* domini sancte Strigoniensis (kimaradt : ecclesie) archiepiscopi, in quoconque Judicio graui, vel leui, magno ac paruo teneantur astare; Illi videlicet, qui possessiones incolunt archiepiscopales et suorum proprietorum Jobagionum censemur nomine seu vocantur; Alij autem Jobagiones honorabilium virorum *fratrum nostrorum* eiusdem sancte Strigoniensis ecclesie prepositi videlicet et Capituli, nullius alterius Judicis regni nostri, vtpote comitis palatini, Judicis Curie nostre uel alterius, quo cumque idem nomine appelletur, preterquam ipsius sancte Strigoniensis ecclesie prepositi, uel Judicis, seu *comitis* ipsius prepositi et Capituli, qui ab eisdem fuerit pro tempore constitutus, si cause qualitas hoc requirit, coram alio forsitan Citatus iudece, uel Comite, comparere teneatur; quod eciam sub regie indignacionis interminacione omnibus prorsus regni nostri Iudicibus auctoritate presencium districcius imperamus. Eximentes unacum omnibus alijs sancte Strigoniensis ecclesie possessionibus et Jobagionibus, omnibus, tam generaliter, quam eciam specialiter *villam Zebheleb*, vicinam ville *Nemty* prope *Corponam* et villam *Gereky* prope *Ipul* et omnes alias a Iurisdiccione Comitis Huntensis nominati, qui pro tempore de regia gracia fuerit constitutus, qui vero aliquem Jobagionum diote ecclesie Strigoniensis, in Zebheleb commorantem, ciuilibus et pecuni-

arijs causis voluerit conuenire, eciam coram ipsius ville villico, sicut et in alijs liberis villis regni nostri, si voluerit, consequi poterit iusticie complementum. Scientibus omnibus et pro firmo tenentibus et specialiter nostro Huntensi Comite, quicunque alternis vicibus in Huntensem Comitem de liberalitatis regie munificencia fuerit sublimatus, quod maxime indignacionis regie aculeos sue desidie de cetero culpa, nostris tam pijssimis refragando mandatis, incurret, si secus presumpserit, quod non credimus, attemptare, et quitquid contra eosdem ipsius ville, uel villarum Jobagiones Iudicando ipsos inuitos, cum suo parere Iudicio nullatenus teneantur, idem Comes fecerit, uel decreuerit Iudicando ; cassum penitus et irritum habeatur et actor, seu aduersarius, qui Citari fecit eosdem, a sua cadat penitus accione. Nec eciam huius nostri priuilegialis indulti quesitum in fraudem reconueniri possint et debeant dicte sancte Strigoniensis ecclesie Jobagiones ville predicte, nec fideiussores prestare cogantur, ut respondeant reconuenienti coram Huntensi comite, uel alijs Iudicibus, in quorum presencia ipsi villani de Zebheleb urgente necessitate compulsi, iusticiam consequendi conuenire alios forsitan suis viabus compelluntur ; quin, sicut nolumus dictos Jobagiones nostre sancte Strigoniensis ecclesie coram alijs regni nostri Iudicibus, seu qui buscumque Comitibus conueniri; sic eciam ipsos sepedictos ecclesie nostre Jobagiones de Zebheleb nec agentes contra alios iudicij in figura, in ipsorum comitis videlicet Huntensis et aliorum presencia quoruncunque Comitum reconueniri permittimus, auctoritate presencium coram ipsis; ne nostre tam iustissimum, tamque deuotissimum serenitatis indultum priuilegium, multa nostrorum Baronum, ac sublimium optimatum regni nostri, seu procerum consilio maturiore decretum, quod firmissimum esse volumus omni euo saltim taliter indirecte ualeat lacesciri ; Adiicimus eciam presentis nostri priuilegij per tenorem, quod nullus prorsus Baronum regni nostri, videlicet nec noster Comes palatinus, nec Iudex Curie nostre, nec magister Thauarnicorum, nec quispiam alias nobilium regni nostri, quacunque prefulgeat dignitate, descensum suum presumpmat facere super villam eandem Zebheleb sepedictam,

quod si quisquis contra hoc nostrum indultum venire presumserit, reus dati dampni sancte Strigoniensis ecclesie eo ipso, quod descensum in dicta villa fecerit, comprobato per omnia ad iuramentum Iudicis, ac quatuor Juratorum dicte ville, tamquam si alijs legitimis probacionibus de consuetudine regni nostri conuictus extiterit, puniatur. Hoc idem dicimus de predonibus et latronibus regni nostri, qui dictam villam offendarent spoliando, uel aliquos Jobagiones, aut aliquem ville eiusdem commeantes, aut transeuntes negotiacacionis sue pro causa per regni nostri itinera, forsitan spoliarent; Verum ubi dampna maiora infligerentur toti ville, aut aliquibus villanorum ; tunc Sancte Strigoniensis ecclesie decano adjuncto, quantitatem et qualitatem dampnorum Suorum Juris Jurandi religione dependant, per quod aduersarij eorum, qui ville, vel villanis nocuerint, pro conuictis per omnia plenarie censeantur. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras, duplicitis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris domini Th(ome) Episcopi Waciensis aule nostre Cancellarij dilecti et fidelis nostri. anno domini Millesimo ccmo LXXXmo octauo, Regni autem nostri anno Sextodecimo, Indicione prima, Quartodecimo kalendas Maij.

Zsigmond királynak 1412. évi átiratából. — Lad. 15. fasc. 4. Nro. 5. — Eddig kiadatlan.

## 178.

1288. ápril. 18. vasárnap. (14. kal. Maii.) — IV. László király átirja és megerősíti a 13. 57. 90. 118. és 119. számokat.

A pecsét zöldveres selymen függött. — Lad. 41. fasc. 3. Nro. 3. — Átirta III. Endre király 1290. Lad. 24. fasc. 1. Nro. 7. — Közli Fejér V. III. 403. l.; a 404. l. 19. sorban : sit = sicut ; a 28. sorban a három vonal helyébe kell : a nostrorum ; a 405. l. 8. sorban : fecimus = seu ; a 10. sorban nobis után kimaradt : priuilegia ; a 20. sorban : eis et circa ea = cis et circa ; a 22. sorban : volentes = valentes ; a 27. sor után megkellett volna említenie a 182. számunkban foglalt okmányt.

## 179.

1288. apr. 27. kedden. — Az esztergomi káptalan Miklós ceizmadia jobbágyától elveszi az Esztergomban a sz. Lövincz egyház utcájában levő telkét és Mihály szabónak adja.

Vniuersis, presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie Strigoniensis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod cum edificia Nycolai filij Jacobi, sutoris Jobagionis nostri, *de Contrata ecclesie sancti Laurencij de Strigonio*, fuissent casualliter concremata et a sex annis retroactis in eodem fundo curie: videlicet super terra nostra, in qua domus sue antea consistebant, alia edificia sibi reficere recusasset et nobis pensionem dimidie marce argenti in illis sex annis elapsis, preter collectas et alias exacciones, que nobis ex parte ipsius Nycolai ad ordinem et exemplum aliorum populorum nostrorum sicut terre dominis competit, debebantur, pernos frequenter requisitus et monitus eciam, soluere denegasset, se in diuersis locis et partibus continue absentando; Nos in facto eiusdem fundi curie respicientes nostre ecclesie meliora et lucro ac comodo terre nostre carere nolentes, nec eiusdem Nycolai absenciam et negligenciam ualentibus ulterius sustinere; predictam aream curie, inter domos *Dame* et *Johannis fabri* constitutam, ad presens uacuam et edificijs destitutam, Michaeli sartori et suis posteritatibus concedendam irreuocabiliter et perpetuo duximus statuendam; ita uidelicet, quod preter collectas et alias exacciones, contribuciones et presentaciones, que pro tempore fuerint emergentes, idem Mychael sartor et sue posteritates annis singulis in perpetuum dabunt nobis et nostris successoribus circa festum sancti Mychaelis archangeli de Septembri sex pensas denariorum vyennensium, minus decem denarijs, *ad presens dimidiā marcam fini argenti et tria pondēra facientes*, uel soluent denarios vsuales, pro tempore currentes, tanti ualoris, pro terragio, siue censu, que nobis pretextu domorum suarum, quas in predicto fundo curie construerunt et facient suis laboribus et expensis, et ecclesie nostrae ex parte eorum annuatim et perpetuo, prout prediximus, debebuntur. Preterea eidem Mychaeli sartori fecimus hanc graciā specialem, ut hoc anno presenti predictam pensionem circa festum sancti Martini propter nouitatem suam nobis soluere teneatur, in reliquis annis prenotatam pensitacionem, sicut premisimus, in festo sancti Mychaelis arcangeli solutu-

rus. In cuius rey memoriam et perpetuam firmitatem presentes nostro Sigillo dedimus communitas. Datum per manus discreti viri magistri *Cypriani* ecclesie nostre lectoris. Anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> LXXXVIII. V-to kalendas May.

A.

B.

C.

A pecséttöredék veressárga selymen függ. — Lad. 24. fasc. 1. Nro. 13. — Rövid kivonata Fejérnél V. III. 447. l.

## 180.

1288. máj. 12. szerdán. — Lodomér érsek Tamás tihanyi apátot, ki *Tagodo* és *Bencze* nevű tisztei által Marczel esztergomi örkanonokot az *Urkutja* határában levő három ekényi földért perbe fogta, Marczellel együtt eskütétre itélvén, ezek, mediantibus et componentibus bonis viris et specialiter comite Dyonisio fratre *Lees*, Nycolao fratre *Romani* (Fejér: Baranjanj!) *prepositi quondam Posoniensis* bone memorie, et Stephano filio (Fejér e szót kihagyta) *Lentyur*, seruientibus nostris (aeppi.) barátságosan akép egyezkednek, hogy Marczel e peres földből másfél ekényit s harmincz holdat átengedett a tihanyi apátságnak.

Kilyukadt hártyán, a pecsét zsinegestől elveszett. — Lad. 51. fasc. 1. Nro. 15. — Közli Fejér V. III. 421. l., ezen lényegesb hibákkal: 422. l. 23. sor: ipsis = cessit; 423. l. 1. sor: Beke et Seke = Pete et Sebe; 12. sor: ad magnam arborem nucum, que in hungarico: *Marcelneygyaya* uocatur. Ez okmánynak egy 1463. évi átirata e szavat így írja: *Marcelney gezaza*. Mit jelenthet e szó, nem tudom; Fejér segített magán s így adja e szavat: *Klanelnej-Dioja!*; 23. sor: Stephani = *Chepani*; 26. sor: Kuse = *Kute*,

## 181.

1288. máj. 12. szerdán. — Az esztergomi káptalan a fenebbi számban előadott egyezményről tanuskodik.

Szakadozott hártyán. A pecsét sárgazöld selymen függ. — Lad. 51. fasc. 1. Nro. 16. — Eddig kiadatlan; de miután egészen a fenebbi okmánynak szavait ismétli, természetesen a szükséges változásokkal, szükségtelenek tartjuk szószerint közölni.

## 182.

1288. — IV. László király a különféle áruczikkek után az esztergomi káptalannak járó vámot elszámlálja és meghatározza.

III. Endre királynak 1290. évi Átiratából. — Lad. 24. fasc. 1. Nro. 7.—Közli Fejér VII. II. 232. l. és ugyanott a 188. lapon; de itt már 1295. évre teszi. Csak a főbb hibákat javitsuk ki: a 188. lapon az okmány 12. sorában; *prima* = *primo*; a 189. l. 3. sorban: *Sukeroff*, a 233. lapon 9. sorban *Sabaro* helyett kell: *Sukurov*; 189. l. 23. sorban, a 233, l. 25. sorban: *squirconorum* és *Sgotionum* szavak helyébe kell: *Sqrononum*; mely szó alatt bizonyosan a *squinati*, *squifati*, helyesen *Scyphati* szavat kell érteni, mely az arany pénznek egy nemét képezte, mely szó különösen Olaszországban használtatott (l. Du Cange Glossar. III. 849. l.); a 190. l. 2. sorban: *maceratur* = *mactatur*; a 191. l. 15. sorban a *frisiacum* szó után, a 235. l. 12. sorban pedig szinte e szó után kimaradt: *similiter et sutorres de qualibet sessione Sabbato unum frisaticum*; 191. l. 3. sorban: *caprinis* után kimaradt: *et ouinis*; a 235. l. 9. sorban: *Toravagdo* = *Smaragdo*; a 191. 235. és azutolsó előtti sorban pedig *cumulorum*, *Bittel* és *senice*, vagy *senna* helyébe kell: *cumulonum*, *Bytel* és *scemerce*. Végre *frisiacus* és *vulca* helyett mindenütt *frisaticus* és *uncia* teendő.

### 183.

1289. máj. 1. vasárnap. — Lodomér esztergomi érsek káptalanjával az esztergomi határban földkeket cserél.

Nos Lodomerius miseracione diuina Strigoniensis archiepiscopus et comes perpetuus loci eiusdem Significamus vniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem, Quod nos terras nostras totales, pro areis, sev fundis curiarum aptas, *in districtu ecclesie sancti Dominici retro villam Ermene constitutas*, quas Nycolaum aurifabrum, ciuem Strigoniensem, ex priuilegio bone memorie domini philippi proximi predecessoris nostri, quondam archiepiscopi Strigoniensis, inuenimus et comperimus indebite et illicite occupasse, ab eodem Nycolao pure et simpliciter auferentes; discretis viris preposito et Capitulo ecclesie nostre Strigoniensis, karissimis in xpo. fratribus nostris, dedimus, tradidimus et contulimus in perpetuum possidendas, in concambio et permutacione terrarum eorum in suburbio Castri Strigoniensis constitutarum, circa ripam Danubij a parte occidentis, quas ab ipsis fratribus nostris pro pistriño, orto et alijs edificijs nostris, ibi in nostra curia constitutis, pro nobis et eciam successoribus nostris recepimus ab eisdem, tenendas iure perpetuo et habendas, nostra et successorum nostrorum considerantes hijs fieri et emergere meliora, Jobagiones eorumdem fratrum nostrorum eiusdem terre de facie remouendo; que qui-

dem terra sessionalis, totaliter eisdem fratribus nostris, ut prediximus, per nos perpetualiter assignata, olim *ad clauigeratum archiepiscopatus Strigoniensis* spectabat et eam a meridie alia terra eorundem fratum nostrorum, *prope ecclesiam sancti Dominici* constituta, ab oriente autem vinea filiorum comitis Elkyni (ex ori)entis latere constituta et quatuor magne arbores nucum existentes ibidem; a septentrione vero fossatum vinearum petri generi Luce sacerdotis et ab occidente aliud fossatum separant et distingunt. In cuius concambij et permutationis memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras eisdem fratribus nostris, libenter et liberaliter nostre voluntati annuentibus in hoc facto, dari fecimus, sigilli nostri appensione munitas. Datum et actum *Strigonij* anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> LXXX nono, in octauis sancti Georgij martiris.

Vizfoltos hártyán. A pecsét hártyazsinórón függött. — Lad. 24. fasc. 1. Nro. 14. — Eddig kiadatlan. — Nevezetes, hogy Lodomér, ez okmány szerint II. Miklós és III. Benedek érsekeket, kikről bővebben értekeztünk a Sion I. 9. s köv. lapjain, nem ismerte el elődeinek; miután Fülöp érsekről, ki után e most említett két érsek következett, ezt mondja: *proximi predecessoris nostri*.

## 184.

1289. sept. 15. csütörtökön. Esztergomban (in octauis nativitatis beate virginis). — Lodomér esztergomi érsek a budai polgárokat, mivel a regensburgi, bécsi s egyéb német kereskedőket befogadják, anélkül, hogy ezek előbb Esztergomban a királyné számára harminczadot, a káptalannak pedig vámot fizettek volna; s mivel az érsek leveleinek daczára e visszaélést meg nem szüntették: *in omnes ecclesias Religiosorum virorum et secularium sacerdotum, necnon plebani de Castro, de Suburbio et de toto districtu Castri Budensis et parochyanos eorundem* (Fejér: eiusdem) *tulimus generaliter interdictum et in certas* (Fejér: dictas) *personas, videlicet in comitem Wernerium (Rectorem Castri Budensis) et duodecim Juratos Castri Budensis — excommunicacionis sentenciam fecimus publice promulgari.* Mire e Verner, György és Rudolf polgárokkal, Döme esztergomi keresztesmesterrel s egyéb férfiakkal az érsek

előtt megjelenvén, hibájokat beismérék s igérék, hogy e kereskedőket a harminczad és vám fizetésére szoritani fogják s e kötelezettségeiket követek által tudtokra adandják. Alioquin si hoc non facerent et Budenses eos receptarent; ipso facto perderent (Fejér: perdent) omnes merces suas; et de hijs tantum (helyesben: nisi) eis darentur Tricesima et Tributum; et vniuerse ecclesie et ciues de Buda, in (Fejér: et) ecclesiasticum interdictum et certe persone predicte in excommunicacionis sentenciam relabuntur (Fejér: relabantur.)

A pecsét zöldveressárga selymen függött. — Lad. 41. fasc. 3. Nro. 6. és Lad. 25. fasc. 1. Nro. 4. melyen a pecsét veres és ibolyaszínű selymen függött; és ismét Lad. 25. fasc. 1. Nro. 5., melyen a pecsét veressárga zöld selymen függött. — Fejérnél V. III. 467. l.

### 185.

1289. sept. 18. vasárnap. (XIV. kal. Oct.) — IV. László király a székelyeknek a kunok és tatárok ellen kitüntetett vitézséget megjutalmazandó, terram castri nostri de Thorda, Aranas uocatam, (Fejér: terram castri nostri de Torda Aranyos, vel etiam!) iuxta fluuios Aranas et Moros existentem, quam primo idem dominus Rex Stephanus eisdem Syculis contulerat, predictis Syculis et suis heredibus — — in recompensationem fidelium seruiciorum ipsorum Siculorum et pro octuaginta equis, quos ab eisdem Siculis necessitate nostra recepimus, adományozza.

Sándor országbirónak 1320. év körüli átiratából. — Lad. 66. fasc. 1. Nro. 6. — Fejérnél V. III. 452. l.

### 186.

Kelet nélkül. — IV. László király *Epel* helységet az esztergomi káptalannak visszaadja.

Nos Ladislaus dei gracia Rex Hungarie significamus, quibus expedit, vniuersis presencium per tenorem, quod quamquam nos villam *Epel*, siue terram cum vineis reambulari et restituiri datoribus vini ad nostrum clycium precepimus; tamen, quia constituit nobis euidenter, quod eandem terram, siue vil-

lam cum vineis, super eadem existentibus, serenissimus Rex Stephanus pater noster karissimus, inclite recordacionis, venerabili Capitulo Strigon. pro remedio anime domini Bele Regis aui nostri, felicis memorie, in perpetuam elemosinam contulit et donauit, prout tenor priuilegij eiusdem patris nostri, per nos cum nostro priuilegio confirmati, manifestius declarabat; nos huiusmodi pie et salubri donacioni, prefate ecclesie per ipsum karissimum patrem nostrum facte, prestare volentes (kimaradt: consensum), dictam villam seu terram Epel cum vineis et alijs omnibus pertinencijs suis, ex certa sciencia et mera liberalitate reliquimus et restituimus eidem Capitulo possidendam, eatenus, quatenus in eodem priuilegio patris nostri continetur; volentes, vt decetero eandem terram et vineas, super ipsa existentes, possideant et habeant pacifice et quiete; cum iura ecclesiarum et *spécialiter metropolis ecclesie Strigoniensis* illesa conseruare ex animo intendamus. Datum in Zolum Dominica proxima post festum sancti Egidij.

A pecsét küljére volt nyomva. — Lad. 30. fasc. 1. Nro. 2.

## 187.

1290. máj. 21. pünkösdvásárnap. — Az esztergomi káptalan Kér földét cserébe adja Malosi Adorjánnak, ennek László néhai esztergomi préposttól kapott Gyerk nevű négy ekényi földjeért.

Vniuersis, presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie Strigoniensis salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod cum vir bone memorie *magister Ladizlaus*, quondam ecclesie nostre prepositus, de terra sua empticia de *Greky* Adriano filio Symonis de Malos, genero suo, in vltima voluntate et in ordinacione sui testamenti terram quatuor aratrorum legasset, Residuum eiusdem terre, empticie scilicet et quoconque alio titulo habite et possesse, nobis et nostre ecclesie relinquendo; preter terras condicionariorum nostrorum, qui *datores circulorum erant pro nostris tunellis*, quos ab antiquo tempore in territorio de *Greky* habuimus supradicto. Nos vna-

cum ipso Adriano in hijs considerantes nostrum commodum et proiectum et nichilominus eiusdem Adriani respicientes eciam meliora, per modum concambij et permutacionis, ipso adriano tradente et concedente, ad nos et ad ecclesiam nostram prefatam terram quatuor aratrorum recepimus in perpetuum possidendam, pariter cum vtilitatibus et suis pertinencijs vniuersis. E conuerso terram, siue possessionem nostram, Keer uocatam, in comitatu Huntensi constitutam, iuxta possessiones filiorum Symonis filij Mortunus, ipsi adriano et suis posteris pro eadem terra quatuor aratrorum dantes et assignantes, iure perpetuo habendam pacifice et tenendam, vnam suis attinencijs omnibus similiter, si quas habet. Condicione tamen huiusmodi mediante, vt ab omnibus questionibus ratione predictarum terrarum; vlo' vñquam tempore susscitatis, tam nos, quam eciam idem adrianus et sui posteri tenemur mutuo et vicissitudinarie expensis proprijs et laboribus expedire, in plena possessione et quieta tenuta predictarum terrarum nos ad inuicem conseruantes. Et si idem adrianus, uel sui posteri predictam terram Keer nuncupatam, processu temporis quandocunque vendicioni duxerint exponendum, non alijs extraneis hominibns; non (sed helyett) nobis pro iusto et legitimo precio, sev ualore uendere tenebuntur. Si vero prefatam terram keer nos emere, uel ad nos remutare recusaremus; prefatus adrianus et sui successores, de Scitu venerabilis patris domini nostri Lodowerij, diuina miseracione Strigoniensis archiepiscopi, qui nunc est et successorum suorum, qui pro tempore fuerint, vendendi, cuicunque voluerint, habebunt liberam facultatem. In cuius rei firmitatem et memoriam sempiternam presentes litteras, sigillo nostro dedimus communitas. Datum per manus discreti viri *m̄agistri Cypriani* ecclesie nostre lectoris. Anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup> nonagesimo, in festo Pentecostes.

Kiirva az esztergom keresztesek ugyanazon keltű átiratából. — Lad.  
19. fasc. 1/7 — Eddig kiadatlan.

## 188.

1290. máj. 21. — Az esztergom kereszteslovagok átirják a 187. számot.

Frater *Dominicus* magister Domus Hospitalis sancti Regis Stephani de Strigonio et totus Conuentus Cruciferorum loci eiusdem, Vniuersis, presentes litteras inspecturis, salutem in largitore salutis. Vniuersorum noticie tenore presencium innotescat, Quod nobilis vir adrianus, filius Symonis de Malos et magister *anyanus* notarius discretorum virorum Capituli Strigoniensis, nomine et vice eorumdem dominorum suorum, ad nostram presenciam accedentes, priuilegium eiusdem Capituli nobis presentarunt, continens hunc tenorem:

Következik a 187. szám.

Pecierunt itaque ijdem adriani et magister anyanus a nobis instanter, dicentes, quod cum predictum concambium terrarum supradictarum ipsius adriani et prefati Strigoniensis Capituli processerit de consona et beniuola uoluntate, prenotatum priuilegium Capituli Strigoniensis in publicam formam nostri priuilegij transcribi et inseri faceremus. Nos autem petitionem eorum considerantes esse congruam racioni, predictum priuilegium de uerbo ad uerbum redigentes in tenorem presencium, quemadmodum est premissum, Sigilli nostri appensione duximus presentem paginam roborandam. Datum anno et die, superius annotatis.

Hártyán. A hártyaszélvénnyen függött pecsét már elveszett. — Lad. 19.  
fasc. 1/7. — Eddig kiadatlan.

### 189.

1290. szept. 9. szombaton. — III. Endre király átirja és megerősíti a 182. számot.

Andreas dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarieque Rex, Vniuersis, presentes litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Justis petencium desiderijs facilem nos decet prebere consensum et uota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Hinc est, quod ad uniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, Quod discreti uiri fideles nostri *magister Paulus prepositus Strigoniensis, legum doctor et amministrator Quinqueecclesiarum,* necnon vniuersum Capitulum ecclesie nostre Strigon., ad

nostram presenciam accedentes, priuilegium domini Ladislaii tercij, bone memorie quondam illustris Regis vngarie patuelis fratris nostri karissimi, super facto tributi Strigoniensis ex extimatione rerum forensium confectum, dominorum et felicium recordacionum Emerici, Andree et Bele auorum, nostrorum karissimorum olym inclitorum regum Hungarie nobis exhibuerunt, humiliter supplicantes, vt ipsum priuilegium ratificare, approbare et nostro dignaremur priuilegio confirmare. Cuius quidem priuilegij tenor talis est:

Következik a 182. szám.

Nos itaque predictorum dominorum Regum priuilegia grata habentes et rata, in signum ratificacionis et approbacionis nostre, presentis scripti patrocinio et sigilli nostri appensione, de uerbo ad uerbum, sine addimento et diminuzione presentibus inserta, quemadmodum est premissum, presentem paginam duximus roborandam. Datum per manus discreti viri Magistri *Theodorij* prepositi ecclesie nostre albensis. Anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>Lxxxx. Quinto ijdus Septembbris; Regni autem nostri Anno primo.

A pecséttörédek vereszöld selymen függ. — Lad. 24. fasc. 1. Nr. 7.

190.

1290. szept. 9. szombaton. (V. Id. sept.) III. Endre király átirja és megerősíti a 175. számot.

A pecsét vereszöld selymen függött. — Lad. 25. fasc. 1. Nr. 6. — Átirták az esztergomi keresztesek 1292. — Lad. 41. fasc. 3. Nr. 5. — Fejérnél VI. I. 344. l.; azonban hibásan teszi 1295. évre.

191.

1290. szept. 22. pénteken *Zólyom* mellett (Prope Zolum in quindenit natuitatis virginis gloriose). — III. Endre király „cum nos deo propicio vocati et sublimati suissemus tocius Regni Hung. in regimen (Fejér: regium), solium et coronam, tempore nostri huiusmodi susscepti Regiminis sanctam matrem nostram Strigoniensem ecclesiam, ceterarum Ecclesiatarum Regni Hungarie metropolim et magistram, de cuius archi-

*episcopi manu, pro tempore constituti, Reges Hung. coronantur, et nos de manibus ven. patris domini Lodomerij diuina miseratione Strigon. Archieppi. et Comitis perpetui loci eiusdem dilecti et fidelis nostri, domino Ladizlao bone memorie quondam Inclito Rege Hung. rebus humanis exempto, patruele fratre nostro karissimo, iure successorio nos recognoscimus suscepisse Regni Hung. Dyadema ad instar et exemplum sanctorum progenitorum et predecessorum nostrorum, olim Illustrium Regum Hung., cupientes fauore prosequi speciali; elrendeli, hogy omnes Jobagiones et populi archiepiscopales et capituli eiusdem Strigon. ecclesie extra fossatum Strigoniense, in districtu et suburbio . . . (con)stituti, vide-licet de villis Pechen, Libar, de Calidis aquis, de Ermen, de kovachy et de villa S. Pauli de Strigonio, forum Strigoniense adeundi cum suis mercibus et ibidem mercandi, qualibet hora et quolibet die . . habent licenciam s a városhatóságot minden ez engedély ellen teendő lépéstől örökre eltiltja.*

Ez okmány e nevezetes zárszavakkal bir: presentes literas sub *simplicis sigilli nostri munimine dari eisdem Ecclesie iussimus et fecimus comunitas; quia de beneplacito concordi et uoluntate parili prelatorum et baronum Regni nostri fuit sententialiter terminatum et decisum, ut usque anni spaciun, a tempore coronacionis nostre, nonnisi sub simplo sigilli nostri indulta nostre serenitatis quantumcunque perpetue duratura, non debeant emanare. Post annum vero elapsum nostre serenitati reportate, duplicitis, absque ulla cause condicione, sigilli nostri munimine roborantur.*

III. Endrének 1293. évi átiratából. Lad. 47. fasc. 4. Nr. 6. — Közli Fejér VI. I. 55. l.

## 192.

1290. szept. 26. kedden Zólyomban. — III. Endre király az esztergomi egyháznak minden oklevelét és szabadalmait megerősíti, meghagyva mindenkinék, hogy az egyházat, minden birtokát; de különösen Szebelébet illetőleg háborgatni ne merészéljék.

Andreas dei gracia Rex Hungarie vniuersis, presentes

litteras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Jus postulat consentaneum fore dignoscitur racioni, vt quod cuique ex iustis causis et titulis legitimis conceditur; id firmum et solidum debeat immutabiliter permanere; Maxime cum aliquid in ius et proprietatem sancte matris ecole sie, que regenerat fideles in christo, donacione Regum, collacione principum et largacione aliorum xpi fidelium pie prouidetur et salubriter ordinatur. Ea siquidem ducti racione, *sante Strigoniensi ecclesie, matri nostre, ceterarum ecclesiarum Regni metropoli et magistre*, de Regie liberalitatis munificencia statuentes ordinauimus, vt vniuersa et queuis priuilegia, tam super collacione possessionum, Jurium, bonorum, et empacione, quam super libertate eiusdem Strigoniensis ecclesie et suorum quorumlibet Jobagionum, hospitum, seu populorum, a sanctis nostris progenitoribus, illustribus Regibus Hungarie, antecessoribus nostris quibuslibet, pie indulta et salubriter concessa, firma maneant, atque fixa et illibata consistant omni euo; quod eciam omnibus Regni nostri barronibus, comiti palatino, magistro Tauarnicorum nostrorum, Judici Curie nostre et comitibus prouincialibus, pro tempore constitutis, et alijs quibuslibet, quacunque dignitate fungentibus, sub interminacione nostre regie indignacionis, vt contra priuilegiatam libertatem dictam ecclesiam Strigoniensem, possessiones eius, bona omnia et queuis Jura, ac villas vniuersas et omnes populos, in quibusunque partibus nostri Regni constitute sint, uel eciam constituta, non auderent perturbare et specialiter *villam Zebheleb* molestare; districcius duximus imperandum; sed in libertatibus, indultis et concessis a nostris antecessoribus dicte Strigoniensi ecclesie, confoveant illibate et conseruent. Datum in *Zolum* feria tercia proxima ante festum beati Mychaelis. Anno Domini M<sup>o</sup>.cc<sup>o</sup> nonagesimo.

Hártya. A pecsét küloldalára volt rányomva. — Lad. 15. fasc. 2.  
Nr. 5. — Eddig kiadatlan.

### 193.

1291. márcz. 12. hétfön (IV. Id. Marcij). — III. Endre király elé jövén *uniuersi Syculi nostri de Kyzd* (Fejér: Kezdi),

*super terra Aranas* (Fejér: Aranyos) *residentes*; kérték a 185. számban levő okmány megerősítését; mit ö teljesitvén, predictam terram castri nostri de Thorda, aranas uocatam; simul cum terris pertinentibus ad eandem; *Felwinch scilicet, Eurenmes, Hedusthelek, Megies, Domboreu, Mochach, Berchech, Bagun, Kwend, Thodauar, Thekuz, Ignchy, pordouoy, kerekgház, hory, vytelyek, Palantelek, Fuzyg, Bogach, Luyhyteluk, Zetetheluk, Kuchard, Feleghaz, Felduar, Kechoklous*, (Fejér e helynevekből csak az első kettöt közli) *Thurozkeu* (Fejér: Turozkou) Castrum scilicet Commune cum prouincialibus *Chakatelek* (Fejér: Chiakouteluk,) *Farkaszeg et Obrudhouasa* (Fejér: Obrohonosa) vocatas, — — reliquimus eisdem Siculis nostris, sine tamen preiudicio alieni iuris, possidendum.

Sándor ország bírónak 1320. év körüli átiratából. — Lad. 66. fasc. 1. Nr. 6. — Fejérnél VI. I. 150. l.

## 194.

1291. ápril 30. hetiön. — III. Endre király Lodomér érseket a neki adományozott Rózsnyóbánya birtokában, miután az egri káptalan által beigtattatott, végleg megerősítı.

Károly királynak 1313. évi nem hitelesített átiratából. — Lad. 49. fasc. 1. Nr. 11. — L. Fejérnél VI. I. 100.

## 195.

1291. aug. 16. csütörtökön. — III. Endre király koronáztatásának emlékére a Korpona és Bánya közötti Némethy, máskép Tóthi helyiséget, melyet azelött IV. László király Pál esztergomi prépostnak adott, ez lemondván jogairól, az esztergomi prépost- és káptalannak adományozza s határait leirja.

Andreas dei gracia Hungarie, Dalm., Cr., Rame, Seruie, Gall., Lodom., Bulgar., Cumanieque Rex, Omnibus, tam presentibus, quam futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in largitore salutis. Quoniam Regalis fastigij celsitudo in diuina fulcita misericordia seu firmata, ipso videlicet xpo. ihesu imobili lapide angulari, Typo eciam ewangelice ueritatis debet illa, que sunt dei, deo et que sunt cesaris mundialis (igy)

ipsi cesari ministrare, illam figuram eterni numismatis soli deo celi censualem, fidei purioris caractere consignatam, merito cesari eterno debet offerre, per quem Reges regnant, ac potentes dependunt iusticiam salutarem, quem reuera mundi aliter ut munuscum (*azaz munusculum*) cum paupercula in orrea (*igy*) domini videtur inferre, ac in illa iherusalem mettere triumphant, dum ecclesie confert et inserit elemosinalia beneficia militanti, Salamonis exemplo, cuius eciam optimam censuerunt cesarea iura mensuram, immensitatem rerum, in sacrosanctam iugiter ecclesia donatarum. Hinc est, Quod cum nos, quem affluentissima dei beneficia et (*ad helyett*) Regni Hungarie summos apices secundum iura nostra cercius agnatiua seu naturalia prouexerunt, Regio diademate insignitos expadiat oportune nostrorum morem gerere predecessorum et proauita usque assuetudine sicut ad antidora (*igy*) deo debita obligatos, in instantis nostre coronacionis auspicijs recognicionis obnoxie gratitudinis non exterres, quandam possessionem nostram *Nymthy*, seu *Thoti* appellatam, inter *Korpona* et *Bana* satis vicine sitam per viam magnam, qua itur in Banam, dedimus, ac donauimus, *vt de regni more, ac consuetudine approbata teneri cognouimus, in nostre potissimum coronacionis inicijs*, cum omnibus suis vtilitatibus, pertinencijs, ac circumstan-cijs vniuersis, terris videlicet arabilibus, siluis, fenilibus, ac molendinis et vineis, ac specialiter cum teulonio, seu tributo, quod inibi exigi consueuit in tempore regni pacato, *super ipsum altare beati Adalberti* in perpetuam elemosinam offerentes, ad usum prepositi et Capituli eiusdem ecclesie, irreuocabiliter ullo umquam tempore, iure perpetuo possidendam. Quam quidem possessionem dudum ad castrum nostrum de *Zolum* pertinentem, per antecessores nostros regum Hungarie Reges illustres a iure dicti castri exemptam, diuersisque regni nobilibus et baronibus alternis sub temporibus ad vtendum et fruendum assignatam, novissime eciam discreto viro *magistro Paulo Strigoniensi preposito* perpetuo condonatam per fratrem nostrum karissimum patruelem dominum Ladizlaum illustrem Regem in clite recordacionis pro suis obsequijs meritorij, qui eciam extra regnum ad Romanam curiam vicibus pluribus destinatus, inter-

dum eciam suis sumptibus dicti per angarias itineris regijs, in obsequijs mancipando inpedit fideliter et deuote, sicut de hoc per priuilegium prememorati predecessoris nostri plenissimam fecit fidem, accedente intercessione frequentissima cum omni renunciacione sui iuris, quo dei ex tali donacione prememorata fuerat aquisitum, facientes eosdem prepositum et Capitulum in corporalem possessionem dicte terre debitissimam suis fideliter reambulare sub metis per nobilem virum *Baldum* comitem de Scepus, interueniente consensu et beneplacito prelatorum et baronum Regni nostri sollempniter introduci. Cursus autem metarum dicte terre sunt tales; Incipit prima meta ex parte ville *Zeebhelyb* Capituli Strigoniensis sub pede montis *Dreno* per quoddam fluentum similiter *Dreno* uocatum et abhinc uersus montem procedendo itur ad montem *Dreno* per fluentum *Zuha potok* uulgariter directum (*helyesben: dictum*), in uertice eiusdem montis procedendo ad partem Septemtrionalem descenditur ad quoddam fluentum *Preeych* nuncupatum et iuxta idem fluentum procedendo, reflectitur supra montem uersus orientem et de ipso monte descendendo, cadit in fluuium *Gyro* et abhinc uersus meridiem eundo, cadit in fluuium *Scheucha* vocatum et infra villam *Neuthyna* descendit in eodem fluuio et exit ad quendam locum molendini versus septemtrionem ad montem iuxta vineas et abhinc directe asscendendo ad uerticem montis, venitur ad planiciem quandam et ab ipso monte descenditur in fluuium *Sorlozyg* ad partem orientalem, ibique terris villa *Rokouch* vicinatur et prope villam cadit in puteum iuxta magnam viam, per quem itur in *Korponam* et postmodum cadit in vallem quandam directe versus orientem et peruenitur ulterius procedendo ad duas arbores iuxta viam existentes et de eadem magna via venitur ad duas metas terreas, que separant terras *Nymphy* de terris villa *Dominig* et deinde reuertitur in fluuium *Scheucha* et ibi ex utraque parte ipsius fluuij sunt quatuor mete terree, hinc et inde separantes et abhinc uersus meridiem transeundo, ascenditur ad montem, vbi sunt due mete et inde descenditur in fluuium *Zuhapotok* uulgariter nuncupatum; et sic mete et termini dicte terre *Nymphy* et *Thoty* terminantur. Ut igitur huius nostre donacionis series robur obtineat perpetue firmi-

tatis, nec per quempiam processu temporum in irritum debeat, uel valeat reuocari, presentes concessimus litteras, duplicitis sigilli nostri patrocinio roboratas. Datum per manus venerabilis viri magistri *Theodori* ecclesie nostre Albensis prepositi et aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo primo. XVII<sup>o</sup> kalendas Septembbris. Indicione. IV. Regni autem nostri anno secundo.

Hártyán. Szépen irva, a pecsét zöldveres selymen függött. — Lad. 15. fasc. 2. Nr. 6. és Lad. 18. fasc. 2. Nr. 2. — Rövid kivonata Fejérnél VI. I. 156. l. és ismét 186. l. — Ez okmánynak bevezető sorai egész az érthetenségig fellengzö írásban szerkesztvék.

### 196.

1291. aug. 30. szombaton. — Mihály mester, Dama fia a 165. számban megvett Basnicza földet a szentbenedeki apát-ságnak adományozza.

Capitulum ecclesie Nitriensis omnibus xpi fidelibns, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in domino semperternam. Ad vniuersorum nóticiam tenore presencium volumus peruenire, quod magister Michael filius Dama de comitatu Borsiensi, ad presenciam nostram accedens, proposuit publice per hunc modum, quod terram Iwan et Kuchmeg cumanorum christianorum, in comitatu Borsiensi existentem, *Rasnicha* nuncupatam, excepta tercia parte ipsius terre, qne Ituk cumanum, fratrem eorumdem Iwan et Kuchmeg tangebat, titulo empacionis sibi deuolutam, de beneplacito et uoluntate omnium uicinorum et commetaneorum ipsius terre pacifice possessam, tandem dictus magister Michael pro remedio et refrigerio animarum, sue uidelicet, parentum suorum et Farcasij fratrissui, et pro optinendo Salutis brauio intuitu eternorum, monasterio *beati Benedicti de iuxta Goron* dedit, donauit et contulit in elemosinam semperternam, pariter cum vtilitatibus et pertinencijs omnibus terre prefate, certis metis et antiquis terminis limitate, ipsum monasterium sancti Benedicti contemplacione retribucionis diuine eiusdem terre et vtilitatum suarum constituens et ordinans uerum dominum et perpetuum, totum ius et proprietatem dominij terre predicte et uniuersalium utilitatum suarum, in

ipsum monasterium sancti Benedicte transfundendo; ita, ut de eadem terra Rasnicha et suis vtilitatibus, tamquam de aliis terris et possessionibus monasterij, regendi, possidendi et quidquid uoluerit faciendi liberum arbitrium et libitum, omnimodam et plenariam habeat potestatem. Preterea nobilis vir magister andreas, filius comitis andree filij Joanche, coram nobis personaliter comparens, terciam partem dicte terre Rasnicha, quam a predicto Itok cumano precio comparesse se dicebat, ob remedium anime predicti Farcasij Seruieutis sui, iam dicto monasterio sancti Benedicti dedit et donauit perpetuaueriter possidendam. Obligans se firmiter idem magister andreas, quod si processu temporis ratione dicte terre Rasnicha ipsum monasterium sancti Benedicti per quempiam molestaretur; deffendere et expedire teneretur propriis laboribus et expensis. Datum tertio kalendas septembbris, anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup> nonagesimo primo. Magistro *Farcasio* lectore ecclesie nostre existente.

Hártya. A pecsét sárga zöld selymen függött. — Lad. 8. fasc. 2. Nr. 3.  
— Rövid és hibás kivonatát közli Fejér VI. I. l.

## 197.

1291. nov. 10. szombaton. — Az esztergomi káptalan és a csuthi zárda egy az esztergomi határban fekvő peres földet magok közt elosztnak az esztergomi keresztek előtt.

Nos Conuentus Cruciferorum sancti Regis Stephani de Strigonio Significamus vniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem, Quod cum discreti viri magister *Paulus* prepositus et Capitulum ecclesie Strigoniensis contra Religiosos viros fratrem *Johannem* prepositum et Conuentum monasterij beati Leustachij ordinis Premonstratensis de *Chut* coram venerabili patre domino Lodomerio Strigoniensi archiepiscopo et comite perpetuo loci eiusdem mouissent materiam questionis, quandam particulam terre eorum; videlicet loci illius campestris, in quo non remote ad ecclesiam sancti Dominici confessoris de districtu Strigoniensi forum Strigoniense tempore neecessitatis celebra-

*batur, dicentes per populos, seu hospites eiusdem monasterij de Chut in debite et iniuste, domini regis Ladislai tercij impacato tempore, per violenciam occupasse.* Tandem tam ijdem prepositus et Capitulum ecclesie Strigoniensis, quam eciam predictus frater Johannes prepositus et fratres sui *Benedictus, ac Jacobus* nomine suo et vice tocius Conuentus sni, habentes legitimum et plenum mandatum de rato, super eandem terram contenciosam vna cum nobili viro Jona, *de genere Wason*, magistro Tawarnicorum eiusdem domini archiepiscopi et testimoniῳ nostro, videlicet fratre *Jacobo* monasterij nostri custode, petita licencia ab eodem domino archiepiscopo, personaliter accedentes; propter bonum pacis perpetue taliter concordarunt, vt eadem terra contenciosa per quinque metas interpositas et infra presentibus annotatas, in duas partes pacifice et dimisa; quarum quidem quinque metarum prima est eleuata in ortho (igy) *Petk* a parte septemtrionis, habens et continens in se arborem teneram quandam nucum. Deinde versus meridiem recte eundo, in alia meta sunt quedam arbores Coctanorum inter puteum hominis *Malena* vocati et inter stabulum eiusdem, *quod Stallo* (istalló!) vulgariter nuncupatur, constitute; abhinc directe progrediendo, in duobus orthis sunt mete terree eleuatae et finalis meta, que numero quinta existit, est appodiata arbori cuidam Sambuce, que est in curia prope vicum, per quem itur versus ecclesiam sancti Dominici supradictam; ita, quod terra totalis usque ad viam, per quam ueniendo a vicinitate sessionis Pauli, filij Jacobi, nepotis *Puthus*, versus *villam Koachy*, non longe ad ecclesiam sancti Dominici memoratam, a prefatis metarum terminis separatur, cessit eisdem preposito et Capitulo Strigoniensis ecclesie pretaxate. Terra vero similiter tota, situata a parte occidentis, per predictos metarum terminos distincta, predicto monasterio sancti Leustachij est in perpetuum deuoluta; vnicuique earumdem parcium Jobagionibus, hospitalibus, seu populis suis, in sua porcione existentibus, pariter cum suis annuis censibus et terragijs plenarie assignatis; non obstantibus huic distinctioni et speracioni metarum priuilegijs dominorum Bele quarti, *quondam fundatoris eiusdem monasterij sancti Leustachij*,

et Stephani quinti, filij eius, olim Illustrum Regum Hungarie, si que forsitan in contrarium diuisionis huiusmodi processissent, vel vlo umquam tempore vbcunque locorum, aut coram quo quis Judice fuerint presentata, que quantum ad presentis distinctionis articulum de voluntate parcium censuit idem dominus archiepiscopus caricare (igy) viribus firmitatis. In cuius rey memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras, ad petitionem et instanciam parcium predictarum, nostro Sigillo dedimus communitas. Datum anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup> nonagesimo primo, iu vigilia beati Martini episcopi et confessoris.

A pecsét hártayazsinórón függött. — Lad. 24. fasc. 1. Nr. 15. — Rövid kivonata Fejérnél VI. I. 188. 1. — Küljére ugyanazon kéztöl e szavak irvák: Priuilegium super extrinseco loco fori Strigoniensis, de districtu ecclesie s. Dominici.

## 198.

(1291.) decz. 30. vasárnap. Esztergomban. — III. Endre király meghagyja az esztergomi kereszteslovagoknak, hogy az esztergomi káptalan részére hitelesen átirják a 190. okmányt.

Andreas dei gracia Rex Hungarie dilectis et fidelibus sibi magistro Dominico et Conuentui cruciferorum sancti Regis de Strigonio salutem et graciam. Cum propter uaria discrimina et improviso casus discreti viri et fideles nostri, Capitulum videlicet ecclesie Strigoniensis priuilegia ipsorum tam nostra, quam eciam predecessorum nostrorum Regum Hungarie, in palam ferre per loca dubitabilia non presumant; considerantes preuia racione, dampnum sibi non modicum, quod absit, ex hoc posse euenire; fidelitatis vestre deuocationem, corone, Regie debitam, requirimus per presentes, quatenus priuilegia ipsorum emunitatibus (igy) ecclesie nostre Strigoniensis, tempore quo quis emanata, sub sigillo vestro recipiatis in transumptum et aliud facere non velitis obtentu nostre gracie plenioris. Datum Strigonij die Dominico ante diem Strenarum.

Az esztergomi keresztesek 1292. évi átiratából, mely egyszersmind tanusítja, hogy ez okmányunk 1291. évben kelt. — Lad. 41. fasc. 3. Nr. 5. — Eddig kiadatlan.

## 199.

1291. — *Fenenna királyné Lodomér esztergomi érseknek s általa az érsekségnek adományozza Mocsa helységet s határait is leirja.*

Ez okmányban a királyné az érseknek kitüntő érdemeit ily érdekesen számlálja elő :

*„Nos attendentes obsequia meritoria et obsequiosa merita venerabilis patris Lodomerij dei gracia archiepiscopi Strigoniensis, dominum et karissimum consortem nostrum Andream Dei gracia Regni Hungarie Regem illustrem et nos vix estimabilibus obsequijs ante coronacionem domini nostri et post, quo singularibus, eo miris et nulla in posterum obliuione caliginandis, in sincerissime deuocionis ardore et indefesse fidei feroore, continue et sine interpellacione (Fejér : interpellacione) qualibet prosequentis, cuius etiam prudentissima prouidencia et providentissima prudencia dictus dominus, consorsque noster carissimus, nos et totum Regnum nostrum felicissimis exultamus auspicijs prosperari et post longarum et immensarum tribulacionum inquietissimas tempestates optate pacisletamur diu desiderata quiete potiri, quam quidem pacem, statumque pacificum idem venerabilis pater plurimis se non mediocris status et fortune hominum ; scilicet potentissimorum principum persecucionibus, dampnis innumerabilibus, suorum cedicus, possessionemque suarum Archiepiscopalium incendijs, infinitis vastatibus et orrendis calamitatibus exponendo et, quod excellit omnia, personam suam propriam ipsius mortis corporalis vicinis pluries obiectando periculis, domino Regi, sanctissime qui (e szót Fejér kihagyta) per consequens corone Regie, nobis et toti Regno nocturnis vigilijs, diurnisque studijs, non sine sollicitis sudoribus comparauit. Hec inquam premissa, que generaliter utcunque comprehensa, scilicet specialis persecucionis annotatione nullatenus possibilia comprehendendi, ea, qua possumus, consideracione pensantes ; in aliqualem licet longe et in infinitum suis arduissimis inparem et inferiorem meritis, remuneracionem, quoadpresens quandam villam nostram Reginalem campestram, Mocha vocatam, in duas diuisam particulas, quam populi nostri exercituales et Bachari (Fejér :*

Wuchari) inhabitare et colere consueuerunt, vicinam castro Comarum, cum omnibus vtilitatibus — — ipsi archiepiscopo et in ipsius persona suis successoribus, accedente scitu et consensu, quin eciam requisitione ipsius domini et consortis nostri a dei gracia tocius Regni Hungarie Regis illustrissimi, donauimus; — — *prompte et parate nunc et in posterum ipsius venerabilis patris excellentissima merita, quo preeminenti, eo perhempni digna preconio, multo amplioribus prosequi donatiuis.*“

Hártyán apró betűkkel szépen irva. A pecsét veressárga selymen függ.  
 Lad. 49. fasc. 1. Nro. 8. — Közli Fejér VI. I. 90. l. ezen a határleírásban tett nevezetessé hibákkal: 92. l. végsor: Cchicho-harasta = Chychoharazta ; 93. l. 1. sor : Churda via = Churda uta ; 1. sor : Anyzzeg = Anygzege ; 10. és 31. sor : atria = a terra ; 22. sor : Auhor = Huhor ; 30. sor : ad Chycho = de Chycho ; 94. l. 9. sor : inde = directe ; 15. sor : Andreeae = Endre ; 17. sor : Scerm = Sceun (Szöny) ; 23. sor : Welgud = Belyud ; 25. sor : Serenche = Gerenche. — Nevezetes ez okmánynak e kifejezése: versus villam Temerdi ei ibi sunt tria idola lapidea pro meta posita; továbbá megemlítendök ezen szavak: Deinde vadit ad Ecclesiam Sancte crucis, cuius ecclesie media pars cedit populis de Mocha, altera uero populis domine Regine de Thelukij.

## 200.

1291. — Az esztergomi városhatóság *Szedilin* mészárosnak a káptalan telkén épített kö- és faházait, miután a káptalan által visszaváltásukra kiadott 11 ezüst márkat a kitüzzött időre meg nem téritheté, e káptalannak itéli oda még kilencz márka denár ráfizetés után.

(V)niuersis, presentes litteras inspecturis, Comes Belgyminus Iudex, Jurati et vniuersi ciues Ciuitatis Strigon. Salutem in domino Sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod cum Sedylinus Macellarius domos suas Lapideas et ligneas super solo discretorum virorum prepositi et Capituli ecclesie Strigon., inter eorum magnum Palacium et domos et curiam Ludweg carnificis constitutas absque noticia et sciencia prepositi et Capituli predictorum, Geletho filio comitis Elkyni bone memorie, concui nostro, pro quantitate undecim marcarum fini argenti nomine pignoris cum nostris litteris obligasset, in

certo termino, assignato ad hec specialiter, scilicet redimendas; et adueniente eodem termino, eodem Sedylino ipsas domos suas remutare ec redimere non curante, eidem Geletho stabiliri et cedere in perpetuum debuissent, iuxta formam obligacionis et Conuencionis, habite inter partes. Hoc predicti prepositus et Capitulum sencientes, tam eidem Sedylino, quam eciam ipsi Gelethio, prout terre eiusdem domini, contradicere curauerunt, et ad rogatum et supplicationem eiusdem Sedylini predictas vndeclim marcas fini argenti eidem Geletho in liberacionem redempcionem, et remunerationem predictarum domorum plenarie persoluerunt; Tamen condicionis moderamine huiusmodi mediante, ut si idem Sedilynus in octauis Purificacionis beate virginis, que fuerant proxime tunc uenture, predictam sumpmam pecunie pretaxate eisdem preposito et Capitulo refundere et reddere non curaret, seu restituere non valeret; extunc predicte domus Sedylini estimacionem bonorum virorum subirent et in proprietatem eorundem prepositi et Capituli deuoluerent perpetuo et quiete et ipsi prepositus et Capitulum eidem Sedylino soluerent residuum precij, sev valoris earundem domorum, si quid iuxta estimacionem bonorum hominum esset super addendum. Verum cum idem Sedilynus ab ipsis octauis Purificacionis beate virginis sex mensibus continue retralapsis predictam quantitatem pecunie reddere non curasset, nec etiam restituere potuisset; ambe partes obligacionem, in prioribus litteris nostris contentam, obseruare per omnia cupientes, Judicem nostrum prefatum, *Phylippum mercatorem, Pascassium nepotem Hench comitis et alios bonos viros vnacum nobili viro comite Mauricio de genere Wason officiali venerabilis patris domini Lodomerij Strigoniensis archiepiscopi et comitis perpetui loci eiusdem, ad moderandum et estimandum residuum valoris earundem domorum pariter et concorditer adduxerunt.* Qui in residuum, siue additamentum valoris ipsarum domorum eidem Sedylino nouem marcas denariorum arbitrati sunt et estimauerunt, ac decernerunt esse super addendas, quas ijdem prepositus et Capitulum eidem Sedylino coram nobis dederunt ad plenum; predictis domibus ipsius Sedylini lapideis et ligneis, ac an-

nuis pensionibus *Seldeneriorum*, \*) existencium in eisdem in ius et perpetuum dominium eorundem prepositi et Capituli perpetuo et pacifice, ac per omnia deuolutis, nichil sibi eodem Sedylino de omnibus et singulis premissorum penitus retinente et etiam reseruante. Qui quidem Sedylinus quoddam priuilegium sub sigillo *prepositi de Moyk Wesprimensis Dyocesis* ex parte nobilis viri magistri *Vgrini filij Pous*, super facto earundem domorum concessum, eisdem preposito et Capitulo statuit et sub nostra noticia assignauit, assumptis, ad id se firmiter obligando, vt si quas de suis litteris quomodolibet reseruaret, huic contractui obstantes, casse, inanes, fruole et siue viribus habeantur, ubique locorum et coram quocumque Judice fuerint presentate. In cuius rey memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras appensioni *Duplicis* sigilli nostri ad peticionem parcium dedimus communitas. Datum et actum anno domi M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo Primo.

A pecsét ibolyasszinü selymen függött. — Lad. 25. Fasc. 1. Nro 7.  
— Emilti Fejér VI. I. 188. l.

## 201.

1292. jan. 4. pénteken. — Az esztorgomi keresztes lovagok a király parancsára hiteles alakban átirják a 190. számot.

Nos Frater *Dominicus* magister domus Hospitalis sancti Regis Stephani de Strigonio et Conuentus cruciferorum loci eiusdem significamus vniuersis, quibus expedit, litterarum presencium per tenorem, litteras domini nostri Regis Andree tercij nos recepisse cum debita reuerencia in hec uerba: következik a 41. 35. (1291.) decz. 30.

Nos autem mandato eiusdem domini nostri Regis Andree, vt debemus, satisfacere cupientes, Priuilegium eiusdem, continens in se domini Regis Ladizlai tercij et formas multorum priuilegiorum Regum Hungarie, in tenore presencium rescribi fecimus, sub hac forma: — — Következik a 190. szám.

---

\*) Bizonyosan e szóból származtatva: *Selda-t Taberna mercatoria.*

Nos igitur de mandato Regio, ut prediximus, tenores et sumptus predictorum Priuilegiorum Regalium sine addimento et diminucione in publicam formam presencium de verbo ad verbum transscribentes et transferentes, ad uberiorum cautelam presentibus litteris sigillum nostrum apponendum duximus et pariter appendendum. Datum anno domini Millesimo Ducentesimo nonagesimo secundo, quarto die octauarum natitatis eiusdem.

A pecsét veres selymen függött. — Lad. 41. Fasc. 3. Nro. 5. — Eddig kiadatlan.

## 202.

1292. jan. 11. pénteken. — Az esztergomi káptalan a Némethi lakosok tartozásait meghatározza.

### A      B      C

Uniuersis, presentes litteras inspecturis, Magister *Paulus* legum doctor prepositus et Capitulum ecclesie Strigoniensis Salutem in domino Sempiternam. Vniuersorum noticie tenore presencium innotescat, Quod nos hominibus libere condicionis, hospitibus, Jobagionibus nostris, *Hungaris et Sclavis et non theotonicis*, super terram nostram, *Nemy* uocatam, congregatis et congregandis causa manendi, nunc congregatis assumptionibus et uolentibus, liberaliter et libenter eorum commodum et profectum respicientes, ut eorum semper numerus augeatur, et nostre ecclesie meliora nichilominus intuentes, hanc ordinauimus perpetuo libertatem; vt unicuique eorum ad singulos laneos, seu *lyhynios*, sexaginta iugera arabilium terrarum de eodem territorio nostro de Nemy dedimus et assignauimus per hominem nostrum, inter eos equaliter mensurata, pretextu quorum nobis pro annuali terragio, siue censu, in Octauis sancti Martini, singulis annis, ex parte scilicet singulorum lyhyniorum, iam ibidem nostri hospites congregati dabunt singulos fertones fini, puri et Legalis argenti et illarum exacto-ribus pensionum per singulas mansiones Lyhyniorum quolibet anno dabunt duas gallinas seu duos eapones pinques et duos albos panes et bonos et singulas ydrias *cervisiae competentias* et duos sapones de auena, cum sapone quatuor palmarum et duorum digitorum et insuper communitas eorumdem dabit

annuatim singulas marcas pro emenda scilicet pecude pascuali. Soluent eciam collectas et exacciones regales et reginales, tam in denarijs, quam in victualibus, in regno pro tempore emergentes, quas si ad nostrum vsum poterimus vendicare, uel eciam optinere, soluent nobis eas, prout cum eis duxerimus moderandas. De nouo autem illuc nostri hospites congregandi, quibus nos hanc graciam fecimus specialem: a die congregacionis, seu aduentus eorum duobus annis, continue computatis, nobis pro terragio nichil debent. Tercio autem anno et sic deinceps annuatim tenebuntur ad omnes condiciones, superius annotatas. Item de bonis, siue rebus decedentis ex ipsis sine solacio liberorum, nos, ut terre et ville domini, unam rem, quam elegerimus, ad nos recipiemus, sicut id extitit consuetum; Cetera autem bona sua taliter sine herede decedens vxori sue et alijs caris suis, quibus uoluerit, poterit legare libere et quiete. Preterea omnes causas, lites, questiones et acciones, inter eos exhortas, eorum villicus, qui pro tempore fuerit, vna cum eisdem hospitibus fine debito iudicabit; preter causas criminales, uulneracionis videlicet, Cedis, incendij et furti, quas ad nostrum iudicium et examen, quemadmodum congruit solis dominis, reseruamus. In cuius libertatis et ordinacionis nostre perpetuam firmitatem et memoriam sempiternam, presentes litteras, sigilli nostri appensione et munimine ipsis hospitibus nostris dedimus communitas. Datum per manus discreti viri magistri *Cypriani* ecclesie nostre lectoris, anno domini M° CC° nonagesimo II° III. Idus Januarij.

A pecsét zöldsárga selymen függött. — Lad. 18. fasc. 2. Nro. 3.  
— Eddig kiadatlan.

## 203.

1292. apr. 12. szombaton. — A budai káptalan az esztergomnak javára átirja a 60. 62. 76. és 101. számokat.

A.           B.           C.

Vniuersis, presentes litteras inspecturis, *magister Michael* miseracione diuina prepositus ecclesie Budensis et totum Capitulum loci eiusdem, salutem in eo, qui est omnium vera

salus. Ad vniuersorum, noticiam, tam presencium, quam eciam futurorum harum serie volumus p̄eruenire; Quod discreti viri magister *Paulus* legum doctor prepositus et Capitulum ecclesie *Strigon.*, mittentes ad nos magistrum *Anianum* notarium eorum, fecerunt per eundem in hec verba proponi publice coram nobis Quod cum ipsi super facto cuiusdam fēneti et piscarie, que *Tanya* wlgariter appellatur, existencium in territorio eorum de *Ebed*, scilicet in Danubio et circa Danubij fluum, de *Strigoniensi* comitatū in instantibus octauis passce domini coram Serenissimo principe domino nostro *Andrea tertio*, illustri Rege Hungarie contra religiosos viros fratrem *Dominicum* magistrum Cruciferos s. Regis Stephani de *Strigonio* iuxta Regium iudicium et examen duo priuilegia domini Bele quarti pie memorie quondam incliti Regis Hungarorum et terciū priuilegium ecclesie nostre, ac quartū priuilegium eorundem magistri et Cruciferorum s. Regis debeant exhibere et eodem domino Rege nunc regni sui existente partibus in longinquis, formidarent casus et euentus fortuitos propter viarum discrimina et maliciam temporis impacati, sie eadem priuilegia absque rescriptis suis tenoribus facerent transmitti ad presenciam Regie maiestatis, ne forte de hijs, quod absit, in eundo vel redeundo, in itinere, vel alias ubiquecumque locorum aliquid casualiter eueniret. Ideo pecierunt a nobis, ut ad vberiorem cautelam et de euentu huiusmodi ad cauendum, tenores predictorum priuilegiorum et sumptus in publicam formam presentis nostri priuilegij transcribi, redigi et inseri faceremus. Nos autem petitionem eorum considerantes esse iuri consonam et congruam rationi; predicta priuilegia de verbo ad verbum, sine addimento et diminutione receperimus in transcriptum, ex quibus forma prioris priuilegij eiusdem domini Bele Regis est talis:

Következik a 60. szám.

Item secundum priuilegium eiusdem domini Bele Regis continet hunc tenorem: — — Következik a 62. szám.

Item priuilegium ecclesie nostre suscepimus in hec verba. — — Következik a 76. szám.

Item priuilegium Fratris L. magistri domus Hospitalis

s. Regis de Strigonio et tocius conuentus eiusdem loci acceptimus sub hac forma: — — Következik a 101. szám.

Vt igitur huiuscemodi casui, seu euentui supradicto possit prouide obuiari, nec machinacione hominum iniquorum eisdem priuilegijs valeat aliquid euenire, quod eorum memoriam, vel firmitatem, aut vires ad preseus, vel in posterum queat delere, eneruare, irritare, aut aliquatenus quolibet dolo, vel ingenio obscurare; tenoribus eorundem priuilegiorum, quemadmodum est premissum in tenorem presencium litterarum translati; sigillum nostrum autenticum duximus appendendum. Datum per manus discreti viri magistri *Ladislai* ecclesie nostre Lectoris, Anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo secundo, pridie Idus aprilis; magistro *Paulo Cantore*, magistro *Gregorio Custode* et ceteris senioribus concanonicis et alijs fratribus nostris existentibus.

A pecséttöredék sárgaveres selymen függött. — Lad. 28. fasc. 1. Nr. 5. — Eddig kiadatlan.

#### 204.

1292. ápril. 20. vasárnap. — Comes *Nicolaus Frater* magistri *Romani quondam prepositi Posoniensis* bone memorie et Endre filius eiusdem, nepos comitis *Deda*, olim de *Zamard*, ex sua scilicet filia procreatus, eladják dimidiā partem tocius terre eiusdem comitis *Deda de Zamard* scilicet diuidendo per *iugera*. seu per *Erbas* (Fejér: iuga és *Nubas*!) Michaeli filio comitis *Ipoliti* karissimo compatri suo, *magistro paniferorum* *Wen.* patris — — *Lodomerij Strigon.* archieppi, et *Sebastiano* fratri eiusdem, vñacum dimidia parte *Juris patronatus ecclesie sanctorum Cozme et Damyani martirum*, in eadem terra *Zamard* constitute, 14. ezüst márkán. Ezen itt említett *Zamard* földet Déda után az említett Román prépost és fivére *Miklós IV. László* királytól nyerték.

A pecsét zöldsárga selymen függött. — Lad. 51. Fasc. 1. Nr. 18. a 19 és 20 számok átiratban tartalmazzák. — Közli Fejér VII. V. 509. l. kivonatban pedig VI. I. 234. l. — Ezen Esztergom közelében fekvő s maig is *Szamárhegyuek* nevezett hely határjárásában, melyet ez okmány szinte tartalmaz, e helynevek fordulnak elő: a már többször említett *Urkuta*; antiquam fossatum, quod *Derden* wlgariter appellatur; *palacium dirutum de*

*Zamard; supra enim rupis Chokasku (Fejér Chokakeu) in monte Zamard;* inter publicam viam de terra Zamard predicta, per quam itur uersus *Zamarwar*; terra *Baranya* (Fejér: Baraya), in qua est *Pallacium Akus* (Fejér: Cokus!); locus *diruti castri Zamarwar uocati*; említetik végül egy dunai insula a parte orientis. — Esztergom topographiájára ez okmány igen fontos.

## 205.

1292. jul. 21. hétfön. Budán. — Pál gróf alországbiró az *ebedi* füvelöt és halászatott az esztergomi káptalannak ítéli oda az esztergomi keresztes lovagok ellenében, kik itten követelt birtokjogukról semmi okmányt sem tudtak előmutatni, mig ellenben az esztergomi káptalan több ide vonatkozó okmányt mutatott fel, nemcsak átiratban, hanem az ellenfél kiváнатára eredetiben is.

Nos Comes Paulus Viceiudex curie domini Regis, memorie commendantes, significamus, quibus expedit, tenore presoncium, vniuersis, Quod cum frater *Dominicus*, magister et Cruciferi monasterij s. Regis Stephani de Strigonio Capitulum ecclesie Strigonensis et specialiter magistrum *Cyprianum* lectorem loci eiusdem ad presenciam domini nostri Andree illustris Regis Hungarie in causam traxistent, et idem dominus Rex, parcens suis tedijs et laboribus, ipsam causam magistro *Johannis*, tunc viceiudici Curie sue, audiendam commisisset et pariter iudicandam, nobiles viros cemitem *Morkolphum* filium Morkolphi de *Chafurd* ot comitem Johannem filium comitis Corrardy de *genere Zaak ei* in hoc negocio adiunxit specialiter in collegas; qui tandem ad eundem Dominum Regem reversi, presentibus ipsis partibus, concorditer recitarunt, quod ipsis redentibus pro tribunal, vice persone domini Regis; frater *Nicolaus* prior de Calidis aquis de Buda, frater *Jacobus Custos*, *Nicolaus* et *Georgius* fratres eiusdem monasterij sancti Regis, nomine ipsius fratris Dominici magistri ipsorum et vice omnium Cruciferorum fratrum, ordinis scilicet sui tocius, habentes in literis procuratorijs eiusdem magistri Dominici et Conuentus sui de Strigonio in hac parte ad cauendum de rato plenum mandatum, contra predictum Capitulum Strigon. et ipsum magistrum Cyprianum, presencialiter comparentem, egissent in figuraiudicij, taliter proponendo, quod anno proxime preterito feria quarta ante dominicam palmarum (apr. 11.) quandam Piscariam, in danubio

constitutam, que vulgariter *Tana* uocatur, et fenetum ibidem, ad quantitatem terre sex aratrorum sufficiens, de territorio in *Ebeed*, de iure eorumdem Craciferorum s. Regis Stephani, predictum Capitulum et lector ecclesie Strigon. potentialiter occupassent et usque ad hec tempora per violenciam tenuissent, in percepcione utilitatis omnium premissorum eidem ecclesie s. Regis et suis Cruciferis dampnum irrogantes ad ualorem quinquaginta marcarum, Decanum et eorum famulos, *inflictis eisdem verberibus*, expellendo. Ad quod magister *Andronicus* prepositus vesprimensis ecclesie aule domine Regine vicecancellarius et idem magister Cyprianus lector, ac magister *Wrkundinus* canonicus Strigon., necnon magister *Anyanus* notarius loci eiusdem, nomine suo et vice eiusdem Capituli Strigon., de rati habicione in hoc facto procuratorum legitimum et sufficiens sub sigillo eiusdem Capituli exibentes, respondissent hoc modo, quod tam predictum fenetum, quam illa eciam piscatura a tempore Andree Regis secundi et domini Bele regis quarti, filij ejusdem quondam illustrium Regum Hungarorum, inclitarum recordacionum, ex donacionibus eorundem ad Capitulum Strigon. pertinuissent usque ad hec tempora plenarie et quiete et in posessione omnium premissorum predictum Capitulum continue extitisset, vnam populis eiusdem terre, qui olym fuerant castrenses de *Golgoch*, qui *Zulgageurienses* alio nomine nuncupantur, nec ullo unquam tempore predicta ecclesia s. Regis et eius Cruciferi predictam Piscariam, siue fenetum sui iuris nomine possedissent, vel In possessione eorundem fuissent, nec eciam esset predictum fenetum quantitatis premissae, que tamen in litteris prepositi et Conuentus de Sag, super reambulacione premissorum confectis, scilicet in rescripti serie habebatur; sed esset quantitatis minoris; preter alias terras, quas ex donacione Petri prepositi quondam ecclesie s. Georgij de Strigonie, *nobilis de Musla*, et quorundam aliorum cognatorum suorum, nobilium de eadem, per modum empacionis, seu donacionis predictum Capitulum habuisset sub vna, eademque limitacione et continencia terminorum; scilicet intra metas eiusdem Capituli, inter terras Thome filij Martini a parte meridionali et septem-

trionis existentes. Super quibus omnibus et singulis premissorum eadem ecclesia Strigon. duo Priuilegia eiusdem Bele Regis et tertium Priuilegium eorundem Cruciferorum s. Regis, quartumque Priuilegium Capituli Budensis haberet. quibus auditis predicti iudices deputati eosdem Cruciferos interrogassent, quo iure, uel titulo donacionis, aut empacionis predictam piscariam et fenetum ipsi Cruciferi habuissent; qui nec donacionem, aut empacionem aliquam potuerunt pro se aliquatenus allegare; sed tantummodo a fundacione sui monasterij, ut dixerunt seu confessi fuissent, tenuisse premissa scientibus suis commetaneis et vicinis. Interrogarunt eciam eosdem Cruciferos ijdem Judices multociens replicando, utrum de premissis piscaria et feneto instrumentum, vel Priuilegium aliquod habuissent. Qui eciam taliter respondissent, quod priuilegium quidem habuissent, do premissis confectum *sed tempore Tartarorum in Akon* (St Jean d'Acre, máskép Ptolomais Palestinában) *ultra mare tulissent, quod nunc quo deuenerit in capcione et spoliacione eiusdem Ciuitatis Akonesis*, hoc penitus ignorarent. Adiecerunt insuper ijdem iudices, interrogantes Cruciferos memoratos, si sumtus, seu tenores eiusdem Priuilegij possent sub sigillo alicuius Capituli, uel loci Conuentualis exhibere, vel si de amissione eiusdem priuilegij protestacionem aliquam premisissent, quam possent in puplicum sub sigillo Regio, uel alio quolibet authentico presentare; qui nec Priuilegium, nec sumptum, aut tenorem eiusdem, uel litteras protestacionis se confessi sunt habere, uel posse aliquatenus exhibere. Itaque per eosdem iudices sentencialiter extitit iudicatum, predictum Capitulum Strigon. in possessione omnium premissorum medio tempore relinquendo, quemadmodum inuenerunt; quod in proximis Octauis Passce predictum Capitulum Strigon. Priuilegia eiusdem domini Bele regis, necnon Priuilegium Capituli Budensis et Priuilegium Cruciferorum supradictorum exibeant ad iudicium coram Domino Rege; quibus uisis et perfectis, dominus Rex finali decisionem et terminacionem super serie hujus negotij faceret, prout de iusticia et de ratione preuia expedire videretur; sicut premissa hec omnia et singula

premissorum in litteris domini Regis, formam indicij continentibus, ad plenum vidimus contineri. Et quamquam predictum Capitulum Strigon. Priuilegia sua memorata in ipsis octauis Passce coram domino Rege modo prehabito exhibere debuissent; Tamen eedem partes de communi voluntate, *quia dominus Rex in eisdem Octauis Passce erat in remotis, scilicet in inferioribus partibus regni sui* et propter viarum discrimina, ac ob maliciam temporis impacati, ipsam causam in statu priori mediantibus litteris Capituli Budensis, que nobis fuerunt exhibite, ad Octauas Pentecosten prorogarunt. Verum cum in Octauis Pentecosten partes coram domino Rege comparuisserent et tenores dictorum Priuilegiorum in litteris Capituli Budensis, sub sigillo pendenti, per legitimos procuratores Capituli Strigoniensis exhibite fuissent in regia presencia; pars aduersa non fuit contenta de eisdem; *sed pecijt originalia exhiberij.* Propter quod dominus Rex predictam causam in eodem statu ad quindenas residencie sui exercitus proximo preteriti, mediantibus suis litteris prorogabat. Hoc adiecto, quod si ipsum dominum Regem eodem termino in partibus ultradawaniis (igy) esse coutingeret; extunc predicta in priuilegia nostri presencia tenerentur exhibere; Prout in litteris eiusdem domini Regis, exinde confectis, per eosdem Cruciferos exhibitis, nobis constitut euidenter. Aduenientibus itaque ipsis quindenis residencie exercitus, videlicet vicesimo secundo die nativitatis beati Johannis Baptiste; ijdem Andronicus prepositus vesprimiensis, magister Cyprianus lector, *Emyricus* Archidiaconus Gumuriensis et magister Wrkundinus archidiaconus de Saswar, pro Capitulo Strigon. cum procuratorijs litteris eorundem personaliter comparentes, contra magistrum Dominicum et Cruciferos sancti Regis Stephani de Strigonio similiter personaliter astanites duo priuilegia Bele regis, tertium eorundem Cruciferorum s. Regis Stephani de Strigonio et quartum Priuilegium Capituli Budensis exhibuerunt coram nobis, vt debebant; quorum privilegiorum tenores hij sunt:

— — Következik a 60. szám.

Tenor autem alterius Priuilegij eiusdem domini Regis:  
— — Következik a 62. sz.

Item tenor priuilegij Capituli Budensis: — — Következik a 76. sz.

Item tenor priuilegij magistri et Cruciferorum s. Regis Stephani de Strigonio: — — Következik a 101. sz.

Ad maiorem eiam huius negocij cautelam magistrum Dominicum et Cruciferos supradictos duximus sepius requirendos, si ipsi terram arabilem, seu fundum Curie aliquem iuxta meatum Danubij, Scilicet eiusdem piscarie, in danubio existentis, quod uulgariter Tana dicitur, et iuxta ipsum fenum quod ipsorum esse dicebant, a quacunque parte eiusdem feneti, ad idem pertinentem, haberent, nec ne; responderunt, quod nec terram arabilem, neque fundum, ad predictam pisciram, seu fenum haberent attinentem, sed terra Capituli Strigon. Ipsum fenum circumquaque adiaceret. Nos igitur visis et perfectis predictis priuilegijs; quia ijdem magister Dominicus et Cruciferi s. regis Stephani de Strigonio nullum penitus instrumentum exhibere potuerunt, nullamque rationem euidentem, seu efficacem pretendere, quibus mediantibus predictam pisciram danubij et fenum habuisse seu possedisse dignoscantur; Vnacum nobilibus Regni nobiscum in iudicio assidentibus, Eandem pisciram danubij quod uulgariter Tana dicitur, simul cum predicto feneto, secundum continenciam priuilegiorum, tam regalium, quam aliorum predictorum, auctoritate iudiciaria sentenciando, reliquimus et statuimus ipsi Capitulo Strigon. perpetuo possidendum, tenendum pariter et habendum, Presentes vero ad maiorem huius facti memoriam et euidencioris rei firmitatem, sub sigillo comitis *Thome Judicis Curie* domini Regis, domini nostri, duximus concedendas. Datum *Bude* septimo die predictarum quindenarum residencie exercitus; uidelicet uicesimum secundum diem nativitatis b. Johannis baptiste. anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup> nonagesimo secundo.

Vizfoltos hártányán igen apró betükkel. — A pecséttöredék zöldveres selymen függ. — Lad. 27. fasc. 1. Nr. 6. Eddig kiadatlan. — E nagybecsű ökmány nagy fényt vet a törvénykezés akkori menetére. S talán a még mindig homályban levő Szolgagyör kifejezésre is világot vet ide vonatkozó szavaival.

1292. aug. 11. hétfőn Egeghen. — Tamás országbíró és Bogomér honthi főispány az udvarnokok, Zólyom, Liptó és Thurócz várak jószágainak visszafoglalására kiktüldött Mihály királyi jegyző beegyezésével az esztergomi káptalannak ítélik az előmutatott okmányok folytán *Dopoputh, Damasa* és *Malasi* földeket.

Hártyaszervényeken két pecsét függött. — Lad. 19. fasc. 1. Nr. 10.— Kiadta Fejér VI. I. 232. l., hol az utolsó sorban e szó után Thuruch, kihagyta: de Liptó ac; a 233. lapon az alulról 8-ik sorban pedig kihagyta ex szó után: permissione, consensu et, az alulról 6. sorban pedig iuste után: emanatum, uel; ugyanott emanatas szó után végre kihagyta az eredetinek ezen egész sorát: considerantes, prout ex serie ipsius priuilegij et litterarum predictarum collegimus euidenter, dictas terras. Zolat, Koyan, Damasa et Malasy prescriptorum. — Mennyi hiba ily kis okmány közlésében! .

Kelet nélkül. (1292.) — Az esztergomi keresztesek által kihallgatandott tanuk a pécsi káptalant kérlik, hogy miután Esztergomban személyesen meg nem jelenhetnek, irásba küldje fel abbeli tanutételeket, mely szerint bizonyítják, hogy az esztergomi polgárok az esztergomi káptalannak a vámmegtagadása által IV. Béla király halála óta 1000 márkányi kárt okoztak és hogy a prépost és két kanonok házaira három izben fegyveres erővel rontottak.

*Religiosis viris et discretis amicis suis fratri Dominico magistro et cruciferis sancti Regis Stephani de Strigonio, Capitulum Quinqueecclesiense sinceram in domino caritatem. Vgrinus et Stephanus filij Stephani; comes Mark filius magistri Marci; comes Opsa filius comitis Yurk, Ladizlaus, Kulche, Thomas et Petrus nobiles de genere Scenchemagygh; Item comes Petrus filius Benchench et Petrus filius Gugh nobiles de Kukly; Item Benedictus et Lorandus et Paulus nobiles de Mankyl; Item nycolaus filius valentini; magister Petrus; comes Thyburcius et alexandur de Turmas; Item Johannes filius Mycaelis de Mortun; Item Compolt filius anye de Zelczyo; Item Zumbur, Chepanus, Ladizlaus de Sceuleuol; Item Stepha-*

nus filius Pousa; Kemche, Dyonisius, Gregorius et Cosmas; Item Luchac de Gezthe; Item Ector filius Enoh nobiles de Bogdan; Item Lypolth filius Martini nobilis de Mysle; Item comes Blasius filius Laurenci, alter Blasius filius Cheche de Mezes; Item comes Myko; comes Cornelius; Andreas et Dyonisius de Zobolch; Paulus Niger de villa yzud Item Johannes et Juan de villa Pagan; Item comes Petrus wassyam; Item comes Dees et comes Stephanus de villa nyuigh; Item Nycolaus et Blasius de villa Bysse; Item comes Elek filius alexij, comes albertus, comes paulus, Yurk et Johannes filij Farkasij de villa meger; Item magister Kuhe et Bedus senex de villa malun; Item comes Pere et comes Blasius filius Gurgh, Barabas et Petrus de villa Kezu, Item Syke, Jacobus magnus de villa Bulchev; Item Johannes et Emricus filij Chephani, magister dominicus filius comitis Cosme de India; Item comes Panguracius filius comitis Gregorij, comes Nycolaus et Petrus filij Pethe, Petrus filius Gyrorth nobiles de Enuzzd; Item comes Cheley et Matheus de villa pothoch; Item Paulus filius Botha, magister Symtin, Benedictus filius Stephani et Leunardus de villa yrugh; Item Budo, Duka, Petrus dictus gumbus, Stephanus filius magistri Cheme de villa Ozold; Item Nycolaus et Thomas nobiles de Sumon; Item comes Boch, comes Paulus filius Tyua, Bulchu filius Buch, Bedus, Pethe, Petrus filius Gobus, Franciscus filius Jacobi, vyda filius comitis albertj, comes Nycolaus, Omundus, Sampsun, Stephanus filius Bok, Olyuerius filius Abel, Mycolen filius Myko, Nycolaus filius comitis Pauli, Leustachius filius Heem de Sceuleus; Item comes vycench, Mortuu filius comitis Mycaelis, Deme, Elekus filius alberti comitis, comes Kolym, Stephanus filius vethev, Bulchv filius Botha et Andreas filius fynta, comes Myko de villa Cher-kuth, Jacobus filius Pauli De Bokvna; Item Cosmas filius Laurencij, Mathe filius magistri Petre de villa Ersek, Item comes Blasius et Bolose filij Borla et Karachymus de villa Beel; Item comes Dyonisius et Gregorius filius Chege de Kach scenaya; Item Ladizlaus filius Paska comitis de villa Malun; Item Dominicus filius comitis Fylyus de Geudy; Item comes Walter et Micael filius Eze de villa Turul; Item comes Johannes plagatus de Lureu; Item comes Budur, rufus de Busca;

Item *Laurencius* et *Petrus de Keykug*; Item comes *Alexander* nobilis de *Elyay* et *Leustachynus* de eadem; Item comes *Andreas*, comes *nycolaus niger*, comes *Saulus*, comes *Punch*, *Petrus Lombardus*, magister *Petrus filius Benche de Partibus Peechyensibus*; Item *Gregorius* et *Dominicus* filius *Stephani de Elyay*, *Johannes* filius *Johannis de Eyedey*; Item *Andreas filius Mogh de Chege*, *Petrus filius Nycolaj*, *Ladizlaus filius Benedicti*, et *Luka de Lynka*; Item *Nycolaus filius Leucardi*, *Dominicus*, *Dyonisius filij Compolth*, *Gugh*, *Dyonisius filius Mathey de genere Scenchemagych*; Item *Thomas filius Laurencij de Agary*, *nane filius nycolai et Farkasius de Zobory*, *Mauricius filius Blasi de Sarasy*, *Mycael filius Cholon et Mark de eadem*, *Petrus Kaba de Kazar*, *Johannes filius Georgij de Manky*, comes *Jacobus de Egensearaz*; Item *Yurk filius Rufin de durugd*, *Nicolaus filius Forkasij de Kesu*; Item *magnus Nycolaus*, *Lengel filius Chepani et Marcellus de Torchia*; Item comes *Martynus filius Barrabe*, *Jakon filius Pauli et Martinus filius Georgij nobilis de Kurchmen*; Item *Andreas filius Petri de eadem*; Item *Lampertus et Mortunus de eadem*; Item *Matheus et Dominicus de Zobody*; Item *Nicolaus de eadem*; Item *Andreas filius Jacobi de Warang*; Item *Johannes filius eius*; Item *anyas de Zymany* nobiles, ad nostram presenciam accedentes; noueritis eos taliter proposuisse hec omnia infrascripta, oraculo viue uocis, quod cum tercio die quindenarum sancti Georgij nunc instante, per discretos viros magistrum P. legum Doctorem prepositum et Capitulum ecclesie Strigoniensis requisiti et rogati, ac petiti, intuitu communis iusticie declarande, coram vobis debeant testimonium perhibere et ad vos accedere non possint propter uiarum discrimina et quedam legitima alia impedimenta suis in propriis personis; Ideo a nobis instantissime pecierunt, vt eorum testimonium vobis in nostris litteris mitteremus; qui taliter testimonium perhibuerunt veritati, quod eis omnibus et singulis constat omnis certitudo et veritas super eo, vt post obitum domini Regis Bele quarti, quondam illustris Regis Hungarie, pie memorie, in usurpacione tributi, quod ex parte ciuium Strigoniensium et omnium mercatorum de eadem ciuitate, conciuim suorum, eisdem preposito et Ca-

pitulo ecclesie Strigoniensis debetur, predicti ciues Strigonienses dampnum mille marcarum usque ad hec tempora intulerunt preposito et Capitulo supradictis; et *Super domum prepositalem loci eiusdem et Valentini olim cantoris, ac Emeryci archidiaconi Gumuriensis tribus vicibus successivae venerunt manu valida et armata in euersionem et dedecus ecclesiastice libertatis.*

A pecsét zsinegestől elveszett. — Lad. 41. fasc. 3. Nr. 2. — Fejér VII. V. 500. l. közlő ez okmányt, de a tanuk neveit kihagyta, s hivatkozva Baranyayra (*Disquisitio Cittis Strigon.* 15. l.) 1291. évre teszi keltét; Baranyay említő ugyan idézett helyen ez évet; de egészen más tárgyról s nem ez okmányra vonatkozólag! — *Dominicus* az esztergomi keresztesmester kihez intézettet ez okmány, 1274. (l. a 141. számot) vagy inkább 1282. egész 1293. év között említetik (l. 159. és 208. számokat). 1295. évben már nem él, Pál említetvén ekkor keresztes mesterül, Bálint éneklő kanonok pedig, kit okmányunk szinte említ, már 1283-ik évben halt meg (l. Mem. Bas. Strig. 121. l.) Tehát okvetlenül 1283—1295. évek közé esik ez okmány kelte, sőt elég biztosággal 1292. évre tehetjük, miután az okmányunk végén előfordult *Emericus archidiac.* Gömör, csak ez évben említetik. (l. Mem. Bas. Strig. 122. l.)

## 208.

1293. febr. 1. vasárnap. — III. Endre király átirja és megerősíti a 205. számot.

ANdreas dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarieque Rex universis, presentes paginam inspecturis, salutem in largitore salutis. Vt ea, quo iudicio terminantur, salua, illesa et illibata consistant et ne in recidive contencionis scrupulum et materiam relabantur; solent et debent litterarum testimonio patrocinio communiri. Hinc est, quod vniuersorum presencium et futurorum noticie harum serie declaramus, Quod discreti viri magister *Paulus* legum doctor prepositus et Capitulum ecclesie Strigoni., fideles nostri, ad nostram presenciam accedentes, priuilegiales litteras comitis Pauli, quondam viceiudicis curie nostre, Sigillo comitis Thome Judicis curie nostre pendentii munitas, quandam sentenciam iudiciariam inter ipsos prepositum et Capitulum ecclesie Strigoni. predicte et inter Religiosos viros fratrem *Dominicum* magistrum et Cruciferos s. Regis Stephani de Strigonio super facto cuiusdam feneti et piscature, que *Thana* wlgariter apel-

latur, in territorio eiusdem Capituli de Ebed existencium, Judicij secundum formam probatam, continentes in se nichilominus tenores et sumptus duorum Priuilegorum domini Bele Regis quarti, quondam illustris Regis Hungarie et tercij Priuilegij Capituli ecclesie Budensis et quarti Priuilegij, videlicet eorumdem cruciferorum, formas et transumptus nobis exhibere curarunt, petentes a nobis humiliter et attente, ut predictas litteras priuilegiales eiusdem comitis Pauli et sentenciam, in eis contentam, necnon tenores predictorum priuilegorum, auctoritate nostri Regalis priuilegij dignaremur facere confirmari. Quarum quidem litterarum priuilegialium eiusdem comitis Pauli tenor est talis : — — Következik a 205. sz.

Nos autem peticionem eorumdem prepositi et Capituli ecclesie Strigon. considerantes esse iuri conosnam et congruam rationi, cum iustis petencium desiderijs facilem nos deceat prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere ; Ideo prenominatas Priuilegiales litteras comitis Pauli memorati et sentenciam iudicariam, in eis contentam, vñacum tenoribus Priuilegorum, in earum serie comprehensis, approbantes et ratificantes, sub testimonio presencium auctoritate regia duximus confirmandas. Ut igitur huius nostre confirmacionis series robur obtineat perpetue firmitatis, nec processu temporis machinatione, vel Studio hominum malignorum ei valeat aliquatenus obuiari ; presentes litteras duplicitis Sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum per manus venerabilis viri magistri *Theodori* prepositi ecclesie nostre albensis, aule nostre vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri, anno dominice Incarnationis Millesimo Ducentesimo Nonagesimo tercio, In capite kalendrum Februarij, Regni autem nostri anno tercio.

A pecsét sárgaveres selymen függött. — Lad. 27. Fasc. 1. Nro. 7. — Eddig kiadatlan.

1293. máj. 8. pénteken. (octauo ydus May.) — III. Endre király az esztergomi káptalan által *nobis et quampluribus prelati, baronibus et nobilibus Regni nostri, in eadem ecclesia Stri-*

*goniensи existentibus inter eos, elōmutatott s a 191. számban levő okmányt átirja és nostro fecimus priuilegio confirmari.*

Kilyukadt hártyán. A pecsét veressárga selymen függött. — Lad. 47. fasc. 4. Nro. 6. — Fejérnél VI. I. 235. l.

## 210.

1294. apr. 1. csütörtökön. — Az esztergomi káptalan az esztergom kis Duna körüli földét Miklós ötvöstől elveszi és az Aranyosról ideszakadt Miklósnak bérli ki.

Uniuersis, presentes litteras inspecturis, Capitulum ecclesie Strigon. salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod nos respicientes nostre ecclesie meliora, totalem terram nostram, sitam inter minorem Danubium et inter clausuram molendinorum nostrorum de *Taplycha de Strigonio*, a stagno, quod Nycolaus aurifaber Strigoniensis fecit ibidem, nobis contradicentibus et inuitis, usque ad locum molendini eiusdem Nycolai et fossatum seu meatum aque, de loco eiusdem molendini, in minorem Danubium decurrentis, ab eodem Nycolao propter ipsius insolencias et importunitates multimodas iure dominij reuocantes, vñacum alia terra nostra, que incipit ab angulo orti *Heremitarum de Claustro sancte anne et ueniendo circa sepem orti kunch pelliparij iobagionis nostri usque meatum fluuij*, de clausuris eorumdem molendinorum nostrorum exeuntis, et usque ad fossatum Strigoniense existit, Nycolao filio Martini aduenticio in Strigonium de villa aranyas, de partibus montis Matra et obhoc aranyas uulgariter appellatur, ac per eum suis heredibus, Myconi videlicet, Mychaeli et alijs nascituris, locauimus et dedimus in perpetuum plenarie possidendam. Condicione tamen huismodi mediante, vt per spaciū quatuor annorum, proxime futurorum, a data presencium scilicet continue computando, idem Nycolaus et sui heredes, ac posteri ratione terragij annualis nobis nichil dare debebunt; quinto autem anno et sic deinceps perpetuo, annuatim soluent nobis fertonem visualium regalium monetarum, tunc temporis ad valorem mercionalis argenti in ciuitate Strigoniensi currentis; et eiusdem Nycolai et suorum heredum (igy)

ad edificationem domorum, edium et murorum, eiusdem terre nostre in facie construendorum, *de monte nostro de Taplycha* lapides usque ad sufficienciam concedemus; Balneorum et molendinorum nostrorum via et loco molendini eiusdem Nycolai ibi nichilominus libere remanente. Insuper eidem Nycolao et suis heredibus, ac posteritatibus promisimus liberaliter et libenter, ut melioraciones suas, si quas super facie eiusdem terre nostre fecerint suis laboribus et expensis et ullo umquam tempore uendicioni duxerint exponendas, nobis prius requisitis, ut expedit terre dominis, si nos eas ad nos non decreuerimus redimendas, alijs hominibus vendendi, sub premisso honore et debito condicionis, habebunt liberam facultatem. In cuius rey firmitatem et memoriam Sempiternam presentes litteras eidem Nycolao et suis heredibus Sigilli nostri appensione dedimus communitas. Datum per manus discreti viri magistri *Cypriani*, ecclesie nostre Lectoris. Anno domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Quarto, in capite kalendrum mensis aprilis.

A.

B.

A.

A pecséttöredék veressárga selymen függ. — Lad. 24. fasc. 1. Nr. 18. — Rövid kivonata Fejérnél VI. I. 340. l.

## 211.

1294. jul. 29. csütörtökön. — III. Endre király, anyja, több püspök és honnagy helybenhagyásával az esztergomi polgárokat jogtalan tetteiktől eltiltja s az esztergomi egyháznak e városbani jobbágyaít a város általi megadóztatás alól felmenti s a biráskodást felettük megtiltja.

Andreas dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarieque Rex Omnibus xpi. fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presentem paginam inspecturis, salutem in eo, qui Regibus dat salutem. Sopitas diffinitiue sentencie calculo peruerse et impudice calumpniancum questiones, ne in recidive dissensionis relabantur scrupulum, viuaci litterarum testimonio commendari, non solum canonicalium Ciuiliumque decreuere cognitores (Fejér: cogniciones) iurium; sed et ipse Regibus et

principalibus ratificatus (Fejér: ratificatum) fastigis, cuius non leuis esse debet auctoritas, ne immortales esse ualeant lites hominum calumpniosorum, obuiando malicijs, inrefragabili sancctione statuit mos antiquus. Cuius rei gracia vniuersorum noticie, presencium pariter et futurorum, duximus presentibus declarandum; Quod cum venerabilis pater dominus *Lo-domerius*, dei gracia archiepiscopus Strigoniensis et comes perpetuus loci eiusdem, dilectus et fidelis noster, et discreti viri Capitulum ecclesie Strigon. super grauaminibus et oppressionibus populorum, seu iobagionum suorum, *intra fossatum Strigoniense constitutorum*, contra *Stephanum iudicem*, Juratos et uniuersos Ciues de Strigonio materiam questionis mouissent (Fejér: mouisset) in figura iudicij coram nobis, et *in ipsa* (Fejér: impia!) lite inter partes extitisset diuicius altercatum; et licet de parcium consona uoluntate ipsam causam primo *ad congregacionem Regni nostri futuram*, ac deinde ad quindenas sancti Georgij martiris prorogassemus, nostris litteris mediantibus, certis penis positis inter partes, que in prioribus litteris nostris memorialibus, exinde confectis, pleniū continentur; Demum tamen idem venerabilis pater archiepiscopus et suum Capitulum, necnon magister *Franciscus prepositus ecclesie sancti Thome de promonthorio Strigoniensi* frequentatis uicibus prius nobis per suos nuncios et procuratores speciales significare curarunt, quod ijdem uillicus et Ciues contra iudiciariam ordinacionem diffinicionemque nostram, litterarum nostrarum tenori luculencius intersertam (igy), presumcione et auctoritate propria temere uenientes, super populos siue iobagiones eiusdem domini archyepiscopi et Capituli sui, ac eiusdem ecclesie sancti Thome exaccionem et collectam fecissent *fractis hostijs domorum* et captis pignoribus eorumdem, qui collectam, per ipsos uillicum et Ciues per solam facti potentiam temeraria et fastuosa presumpcione uiolenter indictam, sicut de iure debebant (Fejér: habebant), soluere renuebant, lite pendente inter partes superius memoratas, predictos Jobagiones ipsorum, vide-licet *intra fossatum Strigoniense constitutos*, astare suo iudicio compellentes, et macella carnificum, ut ipsam Strigonien-

sem ecclesiam iure suo, ex ipsis macellis proueniente, defraudare et dampnificare valeant, a loco debito alias transferendo, et quod uillicum de *Keztelech*, Jobagionem eiusdem Capituli, contra libertatem ecclesie Strigon. et ordinacionis nostre seriem, in nostris contentam litteris, captiuassent et in suo detinerent carcere captiuis vinculis mancipatum. Verum cum nos *Strigoniū causaliter* (Fejér: causaliter) uenisssemus et predictis uillico, Juratis et uniuersis Ciuibus Strigon., ad nostram presenciam iudiciliter euocatis, asserciones utrarumque parcium, prout debuimus, seruato iuris ordine, secundum formam iudicij, audientes, examinassemus; quia licet predictis Ciuibus in suis responsionibus, imprimis (Fejér: et petitis) non sine notabili falsitate plurimum uariantibus, ad ultimum tamen, cum ad ueritatem negocij uentum fuit, prelibata iura ecclesie Strigon. ex propria confessione astruere et affirmare necesse habentibus; ipsum dominum archyepiscopum et suum Capitulum, necnon ecclesiam sancti Thome predictam ante tempora coronacionis nostre et postea tempore mote litis nobis constitit euidenter, iobagiones, seu populos et quosdam ceusuales habuisse intra fossatum Strigon. et predictos iobagiones, seu populos in iudicando, ac aliam quamlibet iurisdiccionem in (Fejér inter) ipsos exercendo, pacifice et absque inquietacione aliqua possedisse (Fejér ez öt szavat kihagyta) et a suis censualibus sine contradiccione censem annum percepisse, ac a macellis tributum accepisse et pariter exegisse; quia eciam discreti viri magister *Cyprianus* (Fejér: Stephanus!) lector ecclesie Strigon., magister *Seraphynus* (Fejér: Stephanus s utána zárjelben Seraphinus) prepositus ecclesie *Posoniensis*, magister *Wirkundynus* Cantor ecclesie Strigon., magister *Jacobus Archidiaconus* de Kamarun, magister *Emericus* prepositus ecclesie sancti Georgij de Strigonio, magister *Gregorius*, frater comitis *Ceeney de genere Katupan*, *Laurencius* et *Anyanus* (Fejér: Auianus) magistri, *Petrus decanus* et magister *Dominicus* prepositus *Waciensis*, magister *Nicolaus* et magister *Franciscus* prepositus eiusdem ecclesie sancti Thome, canonici (Fejér: *Concanonici*) ecclesie Strigoniensis, suo et tocius Capituli Strigon., ecclesieque sancti Thome de promontorio Strigon.

nomine, iuxta examen nostri iudicij, presente (Fejér: praesidente) discreto viro magistro *Theodoro* (Fejér: Theodosius utanna zárjelben: Theodoro) preposito albensis ecclesie, aule nostre wicecancellario, ad hoc a nobis specialiter deputato, coram Religiosis viris *Wytkone* fratre Domus Hospitalis, fratre *Nicolao* magistro Cruciferorum sancti Regis Stephani de Strigonio et *Bankone* (Fejér: Wankone) fratre eiusdem, *in capella sancti Blasij, in Curia Hospitalis apud Strigonium existente*, quamvis ex superhabundati indictum per nos iudicialiter, vocatis quidem (Fejér e szót kihagyta) ex eisdem Ciuiibus ex mandato nostro, sed se contumaciter absentantibus, nec tamen (Fejér e szót kihagyta) predictam, de prefato iuramento ipsis presentibus in figura iudicij per nostram maiestatem factam, ordinacionem ignorantibus, prestiterunt corporaliter iuramentum, quod idem venerabilis pater dominus Archyepiscopus et Capitulum Strigon., ac ecclesia sancti Thome a temporibus retroactis, quorum memoria non existit, fuerunt in possessione omnium premissorum cum pleno iure proprietatis et perpetui dominij; prout multorum progenitorum nostrorum (Fejér e szót kihagyta), illustrium Regum Regni Hungarie, antiqua et noua per succedentes Reges, tritaos, atauos, proauos, auosque nostros omni excepcione maiora et luce meridiana clariora luculencius (Fejér: luculenter) indicant instrumenta. Ad quorum eciam maliciam ex uiuis rationibus et causis perspicuis conuincendam, satis (Fejér e szót kihagyta) sufficere potuerunt perpetrate (Fejér: perpetuae) per eos nostrarum diffinicionum transgressiones et obligaciones, conscientibus tam ipso venerabili Patre et Capitulo suo, quam Ciuiibus, per nos interposite, inter partes. Cum enim per nostram serenitatem impositum et per utramque partem sponte, ydonee et simpliciter, sine quauis refragacione fuerit assumtum, vt, lite pendente, nichil omnino in alterutrius partis preiudicium debeat attemptari; alioquin contrarium faciens, et amissione tocius cause mote, et penis graibus, tamquam ordinacionis et diffinicionis Regalis temerarius, fastuosus et presumptuosus transgressor, pro suorum qualitate facinorum, penis debeat legitimis subiacere; ijdem Ciues expressa in premissis or-

dinamenta nostra temere contempnentes, et in auctoritatis Regie pondere non ponentes, iobagiones, populos, mansos et mansionarios venerabilis patris Domini Archiepiscopi, Capitulique sui et ecclesie sancti Thome de promontorio Strigoni., intra fossatum adhuc (Fejérnél e szó kimaradt) et extra, sicut quendam, *Abraam* uocatum, uillicum uille Capituli Strigoni. de *Keztelch*, incarcerantes et captiuis uinculis mancipantes; coram homine nostro *Johanne fratre Botyz* (Fejér e két szó helyébe ezt tette: *Raczicz*) ad speciale mandatum nostrum de suis demum relaxauere uinculis et carcere, quo tenebant; Et cum sub districto eis imposuissimus mandato, ut collectas, a populis ven. patris, Capitulique sui et ecclesie s. Thome uiolenter receptas et effractis capta foribus dictorum populorum pignora restituere deberent integraliter et ad plenum; ipsi Ciues, assumpto rebellionis spiritu, non solum collectas perceptas et capta per iniuriosam uiolenciam restituere detractarunt (igy) pignora; sed eciam ipsum Strigoniensem et s. Thome prepositum et Capitulum a suis populis consuetam exigere collectam manu armata, uerbis contumeliosis et ignominiosis, nostro, Albensis et Budensis Capitulorum hominibus presentibus, non sunt ueriti prohibere, procuratores dictorum Capitulorum, ad dicandam et exigendam (Fejér ide teszi e szükségtelen szavat: per) deputatos collectam, *Fulkmarium* presbiterum et magistrum *Andream Canonicos* ecclesie Strigoni., opprobriosis affidentes conuicijs et orrendis comminacionibus deterrentes et penitus repellentes; quandam eciam mulierem uxorem *Stephani de Peygen* iobagionis eiusdem Capituli Strigoni., quam ijdem *Judex* et Ciues contra iusticiam captiuarunt, ad mandatum karissime (Fejér: *Thomasine*) matris nostre remiserunt, prout per litteras eiusdem (Fejér e szót kihagyta) genitricis nostre collegimus euidenter. Item quodam die fori, in eodem foro quendam iobagionem eiusdem Capituli, nomine *Petrum carnificem*, qui habet domum extra fossatum, uterque *Mathyas* et *Lwdwykus* macellarij Strigonienses, publice uerberarunt et ad *Stephanum* uillicum Strigoni. adduxerunt captiuatum. Ceterum in die Pentecosten quendam molendynarium eiusdem venerabilis patris domini Archyeepiscopi, inter ma-

cella de Strigonio macellarij , seu carnifices Strigon. in naso orribiliter uulnerarunt et ipsum capitulum Strigon. de subponendis sustentaculis deambulatorij Palacij domine Zenye, quod est ipsius Capituli, ijdem Judex et Ciues, lite pendente, prohibuerunt, contra procuratores Capituli potencialiter insurgentes. Preterea comes *Kunklynus* (Fejér : Kunctinus), Ciuis Strigon., *Lampertum* iobagionem ecelesie s. Thome mart. de promontorio Strigon., contra libertatem predicte ecclesie s. Thome captiuauit, eundem nouem diebus et totidem noctibus in sua captiuitate detinendo; prout hec omnia et alia quam plurima grauamina, que presentibus propter dispendium non inseruimus (Fejér : inferimus), fidelium nostrorum, ad hoc specialiter deputatorum ; videlicet discreti viri magistri *Demetrij*, *Albensis ecclesie Canonici*, nostri, *familiaris et specialis* clerici, et comitis *Petri Syculi*, necnon *Stephani* presbiteri, capellani nostri ueridica (Fejér : iuridica) relacio patefecit, ac eciam speciales nobis misse Albensis et Budensis Capitulorum et magistri ac Conuentus Cruciferorum domus hospitalis s. Regis Stephani de Strigonio, de (Fejér : et) mandato nostro speciali, inquisitorie littere manifestissime (Fejér : manifestam et) plenam fidem facientes, declararunt. Nos igitur venerabilibus Patribus et dominis *Andree Agriensis*, *Benedicto Wesprimiensis*, *Paulo Quinqueclesiensis*, *Benedicto Albe Bulgarice* (Fejér: Jaurinensi!) et *Haab Waciensis* (Fejér e szavakat kihagyta), diuina disponente clemencia, ecclesiarum Episcopis, *Dominico* magistro Tawarnicorum nostrorum, *Ladizlao* magistro Dapiferorum nostrorum, *Stephano* filio *Erney* magistro Tauarnicorum (Fejér e 10. szavat kihagyta) domine Regine, karissime consortis nostre, *Ladyzlao* filio Lucach (Fejér : Lucae) magistro Tauarnicorum domine Th., dei gracia Regine senioris, matris nostre, et alijs quam pluribus baronibus et nobilibus Regni nostri, et specialiter assistente nobis eadem domina Th. (azaz Thomasina) *Regina seniori*, karissima matre nostra, eisdemque semel, secundo et tertio, pluribusque consultis uicibus, ex ipsorum omnium consilio, coniuencia et consensu, ex (Fejér : et) euidenter falsa et iniqua prefatorum Ciuium turbatiua inquietacione, dictos ven. patrem, capitulumque suum, prepositum et Ecclesiam s.

Thome pure et simpliciter duximus absoluendos ; ipsis Ci-  
uibus super premissis eorum inquietatiua turbacione, tam in  
possessorio, quam in petitorio, perpetuum silencium impo-  
nentes, per diffinitiuam sentenciam decernentes : Vt archy-  
episcopales, Capituli Strigon. et Ecclesie sancti Thome po-  
pulos, intra (Fejér : citra) fossatum Ciuitatis Strigon. et extra  
constitutos, nec in ius uocare, Judicis, iuratorum assistere  
iudicio, nec ullam nacta occasione aliqua exigere collectam  
debeant, uel audeant, nec in eos iurisdiccionem, seu cohercionem  
(Fejér e két szót kihagyta) aliquam exarcere ; quod si con-  
trarium attemptare presumserint ; omnem penam pecuniariam  
et personalem, in quibus ad nostram, karissime matris nostre,  
venerabilium patrum, baronum et plurimorum nobilium Regni  
nostrri instanciam, idem ven. Pater et Capitulum suum libe-  
raliter condescendentes, remissionis eis facere (Fejér : factae)  
graciam promiserunt, et si uel appellacionis, seu prouoca-  
cionis, siue sub aliquo alio fucate sue malicie uelamento circa  
omnes (Fejér itt becsuszatja e szavat : suos) premissos ar-  
ticulos, uel singulos premissorum, sopitam litem refricare  
(Fejér reuocare) et in recidive dissensionis presumpserint  
resuscitare scrupulum ; penas pecuniarias et personales, qua-  
rum remissionem nostra, karissime matris nostre, venerabilium  
patrum baronum et nobilium Regni nostri optinuit interuen-  
cio, et excommunicacionis sentencie, de qua eos absolui nostra  
et premissarum omnium personarum, nobis assistencium,  
frequens et assidua, non sine multa difficultate, potuit instan-  
cia, ipso facto subici merebuntur. Nec liceat eis aliquo priu-  
legio, aurea, uel cerea bulla presso, super premissis omnibus  
(Fejér : premissionibus) uti in figura iudicij, uel extra, contra  
Archyeppum, Capitulumque suum, prepositum et ecclesiam  
sancti Thome ; quantum ad ven. patrem et ecclesiam suam  
Strigon. circa omnia premissa et singula premissorum, Reuoc-  
atis in irritum eorumdem Ciuium aureis uel cereis omni-  
bus instrumentis ; Subituris nichilominus Ciibus penam, quam  
refricatoribus et recidiuatoribus sopitarum per difinitiuam sen-  
tenciam questionum inponunt utrorumque iurium legitime  
sancções et non leuis auctoritatis tocius Regni nostri, ut pre-

misimus, mos uulgatus. Ut autem de fundis, Curijs, areis, seu edificijs, predictarnm Strigoniensis et s. Thome ecclesiarum mansis, mansionarijs, seu inkylinis (igy), intra (Fejér: infra) fossatum Strigon. Ciuitatis existentibus, super quibus nobis sentencialiter indicentibus, prouidi et discreti viri, magister *Cyprianus* lector Strigoniensis, magister *Seraphynus* prepositus Poson., magister *Wirkundinus* cantor. Strigon., magister *Jacobus* Archidiaconus de Kamarun, magister *Dominicus* prepositus *Waciensis*, ven. patris domini *Lodomerij* dei gracia archyepippi. Strigon. *Cancellarius*, magister *Franciscus* prepositus s. Thome et ceteri superius nominati, ipsarum Strigoniensis et s. Thome ecclesiarum procuratores earumdem, procuratorio nomine iurauerunt, premissa, scilicet domos inkylinos, mansos et mansionarios, quoconque nomine censantur, ipsius ven. patris Archyepiscopi, Capituli sui et eccliesie sancti Thome iuris esse, nulla in posterum malignis Judicis, iuratorum et Ciuium machynacionibus ambiguitas et calumpniosa concertacio ualeat suboriri; (Fejér itt e szavat ékeli be: in) predictos fundos, areas, domos, Curias, mansionarios censuales, que omnia per magistrum *Demetrium Canonicum Albensem*, familiarem clericum *Domus nostre* et *Johannem fratrem Botyz* (Fejér: patrem Woziz!) hominem *Dominici* magistri Tauarnicorum nostrorum reambulari fecimus, et in nostris litteris annotari; omnium inquam premissorum iurium nomina ad uberiorem futurorum cautelam intersetenda presentibus censuimus seriatim; et hec quidem de pronotatis sancte Strigoniensis eccliesie iuribus, ne Scilicet per Ciues ad iudicis et iuratorum suorum (egy 1320. évi átirat hozzáadja ez értelemadó szavat: iudicium) valeant euocari, vel collectam, ipsi Ciuitati Strigoniensi indictam, occasione aliqua exigere ualeant ab eisdem; de antiquis, que premissa sunt, non de nouiter acquisitis, sicut est *Palacium domine Zenye*, uel (Fejér: vbi!) ulterius iustis quibuslibet titulis acquirendis, sano sentiri volumus intellectu. Nam (Fejér: istam) ipsum Palacium et alia quelibet, ulterius acquirenda, quantum ad collectas communes et causas iudicialiter examinandas, communi Ciuium Strigoniensium lege merito censebuntur. Jura autem

intra fossatum singillatim nominata sunt hec: videlicet Palacium Jacobi institoris et domus *Choka* sartoris in una Curia iobagionum eiusdem domini Archyepiscopi ad eius cellarium pertinentes. Item curia et domus Ladyzlai filij *Donkus* (Fejér: Donkacs) et duorum Seldenariorum suorum. Item ibidem domus Jacobi, que fuit quondam Isak de *koachy* (Fejér: Kuathy) et Domus filiorum *Fulkus* in una Curia constitute. Item domus *Beney* (Fejér: Vonei), domus *Damei* et Domus *Mychaelis* sartoris in una Curia constitute. Domus *Hench* (Fejér: Henth) pelliparij, que quondam fuit Domus *Wttyl* (egy 1320. évi átiratában: Wettyl), *circa portam pontis sancti* (Fejér: siti!) *Laurencij* a Septemtrione. Item ibidem domus *Kunch* (Fejér: Kunth) fullonis; Domus Pauli pulsatoris; Domus Petri pelliparij, Domus *Bank* (Fejér: Wanck) filij *Beney* (Fejér: Wenei); Domus Andree; Domus Stephani calificis; Domus *Pangraci*, in qua *Kyussed* (Fejér: Riussed) moratur; Domus *Baas* (Fejér: Waas); Domus Johannis filij *ygram* et Domus Ipoliti in loco eiusdem ygram cum Curijs et suis Seldenarijs; et domus magistri Martini cum edificijs Seldenariorum suorum; Curia comitis Johannis cum suis domibus, in quibus filius *Kunch* (Fejér: Kunth) moratur; Domus Relicte Samsonis et domus Pauli uendoris lineorum pannorum et Domus Marci aurifabri cum suis Curijs, *in contrata et Parochia ecclesie eiusdem sancti Laurencij* constitute. Item domus Benedicti et *kunch* (Fejér: Kunth) a parte orientis, iuxta uiam domus *Sedylini*; Domus *Lwdwyg*; domus *Sebreth*; Domus *Mathey* et *Ladizlai* a parte (Fejér: ponte) occidentis prope dictum Palacium constitute; et domus Johannis fratris Ladyzlai; et domus Stephani in uicinitate domorum eiusdem Johannis constitute. Item Domus Johannis generi olim *Bankonis* (Fejér: Wankonis), et magni Petri, in una curia existentes, *in contrata iudeorum*; et ibidem in uicino Domos plurium iobagionum, in una Curia permanencium. Item Domus Jacobi, quondam magistri *Fulkonis*; Domus *Mychaelis* institoris; Domus *Bolosey* (Fejér: Blasii!) et Ladyzlai fabri, in una Curia circa semitam, per quam itur *de ponte fossati in Koachy* (Fejér: inchoati!), Jobagionum Capituli memorati; uidelicet in iudicatu et in alijs per-

tinencium ad eosdem. Item Domus *Myke* sartoris cum dimidia Curia ante Curiam *Syrgodynī* (Fejér: Syrsodinii s utána e fölös szót teszi: in); Curia Rubinī, filij Rubyni, censualis cum suis Seldenarijs; Domus *Myla* ibidem in uicino circa quandam semitam, censualis; Domus *Baldwyni*, cum Curia et camera censualis in ordine Camerarum. Item ibidem tres Camere et Domus *Syrgodynī* et filij Rubini, fratri sui, similiter censuales, que debent quatuor marcas argenti de Pagamento Capitulo memorato annuatim. Item Domus *Sedylini* circa pontem sancti Pauli a parte meridionali, eciam censualis. Item Domus *Heynel* (Fejér: Heniel) circa templarios in parochia ecclesie sancti Petri, et ibidem in uicino domus Jacobi dicti *Kezlar*, ac domus *Michaelis*, similiter censuales. Item in contrata ecclesie sancte Crucis Domus *Johannis*, filij *Dulch* (Fejér: *Dueth*) cum sua Curia, censualis, ad dictum Capitulum pertinentes. Item circa pontem ecclesie sancti Laurencij, a parte meridionali, in introitu, Domus *Lamperti* cum suis; Domus *Ipoliti* et Domus *Petri*, iobagionum ecclesie s. Thome; et circa puteum macellorum, similiter in una Curia, domus plurium iobagionum eiusdem circa semitam, per quam de ponte fossati *Strigoniensis* quandam tendebatur in *Koachy* (Fejér: inchoati!); prout ab eiusdem magistri ore et ipsius Johannis didicimus et recollegimus omnia et singula premissorum. Ut igitur hec nostra diffinitiu sententia robur optineat perpetue firmitatis, presentes concessimus nostri duplicis sigilli nostri (igy), consortis nostre, karissime, domine Th. matris nostre ac prelatorum predictorum munimine (Fejér: nomine) roboratas. Datum per manus Discreti viri magistri *Theodori* albensis ecclesie prepositi, aule nostre Wicecanceliarij, dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> nonagesimo quarto, Quarto kalendas Augusti; Regni autem nostri anno quarto.

A hártyán észrevehető metszések után hat pecsét függött rajta; most már csak négynek van fen selyme, kettő veressárga, kettő pedig veres, sárga, zöld és ibolyaszínű. — Lad. 25. fasc. 1. Nr. 8. — Közli Fejér VI. I. 306. I. mi fontossága s a Fejér által elkövetett s általunk a szöveg folytán kijelet hibák miatt ujra közöljük.

## 212.

1294. szept. 14. kedden (In festo exalt. s. Crucis.) — Lodomér esztergomi érsek az esztergomi macellarios boum; vide-licet *Abertinum et alium Abertinum* (Fejér e neveket vonalokkal jeleli), *Luduuiicum, Walentinum, Mathyam longum et alium Mathiam parvum, Menhardum, Ladizlaum, Jako, Benedictum, Colinum, Dyonisium, Johannem et duos fratres Sedilini*; mivel mutatis locis et macellis boum, unde fratribus nostris, honorabili scilicet capitulo Strigoniensi de *singulis cutibus boum in tributo, antiquo more, medie cutis porcio debebatur*; ausi sunt a festo omnium sanctorum in alijs latibulis et locis indebitis usum predictorum transferre macellorum s ezáltal a káptalannak 45 márkányi kárto okoztak; s mivel az érsek intéseinek s a király ítéletének daczára sem tértek vissza régi helyeikre: ellenök *in hijs scriptis excommunicacionis sentenciam promulgamus*, s meghagyja az esztergomi papságnak, quatenus prefatos macellarios — tamquam excommunicatos euitetis et faciatis ab omnibus arcis euitari, *pulsatis campanis et extinctis candelis singulis diebus dominicis et festiuis*, donec satisfacione prehabita a nobis secundum claves ecclesie absolucionis graciā mereantur. Si qui vero communicauerint cum eisdem consilio, auxilio, uel fauore, uel *in usu macelli*, parem excommunicacionis penam ex communicacione huiusmodi se nouerint incurrisse.

A pecsét veressárga szímen függött. — Lad. 41. fasc. 3. Nr. 7. — Fejérnél VI. I. 286. l.

## 213.

1294. nov. 7. vasárnap. — Libádi Vencse (Venceslaus) saját és fiai nevében *Hidegkut* helységet 9 márkan eladja Péternek az esztergomi keresztes lovagok előtt.

Conuentus Cruciferorum Domus Hospitalis Ecclesiae Sancti Regis Stephanij de Strigonio, Vniuersis, Praesentes Literas inspecturis, Salutem in filio Virginis Gloriosae. Quomodo (helyesben: Quum) ea, quae temporaliter aguntur, ne cum tempore dilabantur, solent et debent scripti Patrocinio commu-

niri; Hinc est, quod ad uniuersorum notitiam, tam praesentium, quam futurorum, harum serie uolumus peruenire, Quod *Wenche* filius *Christophori de Libad*, nomine suo et vice, ac nomine *Michaelis*, *Pongracz* et *Christophori Filiorum* suorum, ad nostram accedens praesentiam, quandam Possessionem, seu terram suam Hereditariam, *Hydegkut* uocatam, cum omnibus utilitatibus suis et pertinentijs, uidelicet feneto et *Sylua*, nec non terras discretorum Virorum Capituli Ecclesiae Strigon., *Giarmat* vocatj, per magistrum Petri Nepotis, uidelicet *Bella* nuncupati, iacentem et existentem (itt nyilván hibás a másolat), confessus est uendidisse nouem *Marcis*, plene habitis et receptis, eidem magistro Petro, nepoti uidelicet et per eum suis posteritatibus, Iure perpetuo et inrevocabiliter possiden-dam, tenendam et habendam. Meta huius terrae, *Hydegkut* uocatae, incipit a parte Meridionali a terra *Musla* et uudit iuxta terram eiusdem Magistri Petri, *Bella* nuncupatam et extenditur usque ad quandam vallem *Nyarods* uulgariter nomi-natam uersus partem septemtrionalem, et ibi separatur, seu distinguitur a praedicta terra *Lybad* Wenceslai supradicta, illic determinandus; a parte uero Orientali terra superius dicta *Giarmat* eiusdem Capituli Ecclesiae Strigon. uicinatur. Prae-terea insuper idem Wenceslaus tam pro se, quam pro suis fir-miter et solemniter assumpsit, ipsum magistrum Petrum et suos Posteros ratione praedictae terrae *Hidegkut* vocatae ex-pedire suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam et per-petuam firmitatem ad petitionem et instantiam partium praedi-tarum, praesentes concessimus, Sigilli nostri munimine con-signatas. Datum Anno Dominj 1294, 7. Idus Nouembbris.

17. századi nem létesített s több helyt világosan hibás másolatból.  
— *Lad. 28. fasc. 1. Nr. 2.* — Eddig kiadatlan.

#### 214.

1295. szept. 28. szerdán. — Az esztergomi káptalan *Kovácsi* birtok felett hosszasb per után egyezkedik Turny Döme gróf azelött visegrádi várnamagygyal, mely alkalommal e peres birtok határai is leiratnak az egyezményről tanuskodó esztergom kereszteslovagok által.

Nos Frater Nycolaus magister et Conuentus Crucifero-  
rum sancti Regis Stephani de Strigonio significamus vniuersis,  
quibus expedit, presencium per tenorem, Quod cum dis-  
creti viri magister *Thomas* prepositus et Capitulum ecclesie  
Strigoniensis super occupacione et vsufructuacione terre eo-  
rum *Koachy* uocate, existentis in comitatu Nogradensi, co-  
ram comite *Martino viceiudice* curie domini nostri Regis  
contra comitem *Dominicum de Turny* quandam castellanum  
de *Wysegrad* mouissent materiam questionis et fuisse inter ipsas  
partes diuicius altercatum, et demum ipsa terra in alijs  
suis partibus eidem Capitulo Strigoniensis ecclesie exstis-  
tisset sub antiquis metis suis et terminis restituta et tantum-  
modo ex eadem super terra duorum aratrorum et dimidij, uel  
paulo maioris, aut minoris quantitatis ipsa questio remansis-  
set; Tandem mediantibus *Bela curiali* comite *Strigoni-ens*, homine domini Regis, et nostro testimonio, ad hoc nego-  
cium deputatis, super facto eiusdem terre contenciose, in  
duas partes equales diuise, predicta contencio per metas  
et terminos infra scriptos inter easdem partes sedata extitit  
taliter et sopita, quod prima meta incipit ab antiquo tempore  
eleuata et ultra fluuium *Chatarpotaka* uocatum a parte *Danubij* et exinde transiens ipsum fluuium, directe itur sub quen-  
dam lapidosum monticulum *Kuesheg* (*köveshegy*) uulgariter  
nuncupatum, ad quandam arborem Ilicis, que est in alia meta  
et in modum *Crucis est signata*; abinde uenitur versus Septem-  
trionem ad terciam metam, in terra arabili constitutam, a qua  
descenditur versus orientem ad quartam metam ad quandam  
magnam arborem Ilicis sicciam, sub qua sunt due mete angu-  
lares, quarum una est ecclesie Strigoniensis, alia eiusdem co-  
mitis Dominici, terras eorum ab inuicem diuidentes, a qui-  
bus protenditur versus orientem ad duas arbores de quercu,  
sub quibus est quinta meta. Deinde progreditur versus ori-  
entem ad sextam metam, que est in ingressu cui usdam fluuij  
*Potak* uocati, ueniens de medio ville eiusdem comitis Domini-  
ni; exinde inter duos montes in quadam ualle uersus ori-  
entem uenitur ad quandam publicam viam *Hatlounoguta* (*hatlónak utja?*) uocatam, ad tres arbores de pirus, quarum sub

una, que est prope ad ipsam viam, sunt due mete angulares; et exinde declinatur aliquantulum ad septemtrionem ad metam, in qua est quercus et eundo per magnum spacium terre, exhinc uersus meridiem retroitum et reflectitur ad fluuim *alamaspotaka* uocatum, ubi eadem terra Koachy a terra monasterij de Zebeguen separatur; prout a partibus recollegimus et didicimus seriatim premisso modo et ordine omnia et singula premissorum. Datum anno domini M<sup>o</sup>cc<sup>o</sup> nonagesimo v<sup>-to</sup> in vigilia sancti Michaelis archangeli de septembri.

Hártyán apró írás. A pecsétnek csak hártyazsinege van meg. — Lad. 2. fasc. 1. Nr. 1. — Fejér csak rövid kivonatát közli VI. I. 399. 1.

## 215.

1295. decz. 9. pénteken. — Lodomér érsek az esztergomi káptalan, mint felperes javára oda itéli a Miklós ötvös által jogtalanul elfoglalt földet az esztergomi sz. Döme egyházi kerületben.

Damus pro memoria, quod cum discreti viri, karissimi in domino fratres nostri, magister *Thomas* prepositus et Capitulum ecclesie nostre Strigoniensis super facto uerberum et uulnerum iobagionum suorum *Malyna* scilicet villici, *Chytho*, *Thome* et *Kunch* et uxorum eorumdem, *Chocho* et *Thome de noua villa de districtu ecclesie sancti Dominici de Strigonio*, necuon super iniuris uerbalibus, per *Nicolaum aurifabrum* Ciuem Strigoniensem quibusdam ex eodem Capitulo et iobagionibus eorum illatis, ipsum Nicolaum ad presenciam nostram citari fecissent et uoluissent contra eum iudicialiter agere coram nobis; idem Nicolaus per modum excepcionis contra eosdem fratres nostros proposuit et egit taliter e conuerso, ut illi homines de nova villa essent iobagiones ipsius et super terra eius residerent, per ipsum locati, et super hoc priuilegia domini *Philipi* bone memorie, quandam archiepiscopi Strigoniensis, proximi predecessoris nostri, et nostrum haberet confecta econtrario autem ijdem fratres nostri replicantes dixerunt, ut illa terra, super qua predicti homines residerent, esset eis, et fuisset in concambio et permutacione

terre eorum in suburbio Castri Strigoniensis in parte occidentis constitute, *super qua pro nobis ortum fieri fecimus et pistrinum*, per nos assignata in perpetuum et statuta, nostri priuilegij testimonio similiter mediante, quod se habere eam sunt confessi. Vnde auditio parcium propositionibus huiusmodi, decreuimus, eisdem uolentibus et assumptionibus liberaliter et libenter, ut in termino, ad hoc a nobis speci aliter et libenter assignato, ambe partes priuilegia et instrumenta sua, si que habent, coram nobis, super hoc confecta negocio, ad invicem in figura nostri iudicij exhiberent. verum cum per eosdem coram nobis fuissent eadem priuilegia presentata; nos predictam terram recollegimus et comperimus nostri Priuilegij ex tenore eisdem fratribus nostris esse datam et collatam in modo combambij et permutacionis, quemadmodum est premissum, et a loco eiusdem vinee archiepiscopalnis, quam idem Nicolaus habet ad presens et tenet, per magnum spacium terre distare, et locus aree, seu torcularis, in quo est reclinatorium, siue tugurium, ratione cuius predictas terras sessionales idem Nicolaus uendicare sibi contendebat, sit intra terminos eiusdem vinee constitutus; prout eiam ad ipsam terram inspiciendum homines nostros fideles de domo nostra duximus destinandos, qui nobis retulerunt nichilominus illud idem. Ideo nos predictam sessionalem pretextu cuius lis fuerat susscitata, eisdem fratribus nostris preposito et Capitulo ecclesie nostre Strigoniensis per *Arnoldum de Ech*, filium Comitis Abrahe, familiarem iuuenem Domus nostre, decreuimus perpetuo, plemarie et pacifice statuendam, prout in nostro priuilegio continetur; super eo eidem Nicolao et suis posteris perpetuum silencium inponentes; cum idem Nicolaus ratione unius terre aliam terram maliciose nisus fuerit occupare, et eius priuilegia non contineant commessaneos et uicinos; Priuilegium uero eorumdem fratum suos conterminales contineant et nominent manifeste. Preterea tercio die octauarum epiphanie domini (1296. Jan. 15.) apud Strigonium in nostra Capella, iuxta examen nostri iudicij, *Petrus Decanus*, uel *Johannes Comes*, aut unus trium procuratorum eiusdem Capituli contra eundem

Nicolaum si iurauerit super eo, ut idem Nicolaus pensionem terre eorundem fratrum nostrorum, *inter minorem Danobimum et inter clausuram aque Taplucha constitute*, eisdem fratribus nostris et eorum procuratoribus a quadriennio negligenter et contumaciter non dedisset, uidelicet unciam Regalium et usualium monetarum, et quod eisdem fratribus nostris contradicentibus, reclamantibus et inuitis, in eadem terra eorum *inter minorem Danobium et Clausuram aque Toplycha quoddam magnum stagnum et duo fossata magna et inutilia fecisset*, per que uias *balneorum et molendinorum suorum impediuerisset*, clausuram molendinorum per ea nichilominus infirmando, ubi idem Nicolaus quoddam minus bonum et inutile fecisse dignoscitur molendum; non considerans seu attendens, quod iuxta tenorem priuilegij Capituli memorati eodem vie molendinorum et balneorum ex conuencione esse absque impedimento aliquo libere debuissent; nec idem Nicolaus super eadem terra ortum, uel domos aliquas construxisset; prout in priuilegio eiusdem Capituli tenebatur, quo iuramento prestito et legaliter expedito; ipsum Nicolaum et eius posteros super iure locacionis eiusdem terre per huiusmodi insolencias, negligencias et illicitas facciones decerremus merito cecidisse, et ius, si quod habebat, eciam amississe; super facto autem uerberum et uulnerum tam uirorum, quam mulierum et uerbalium iniuriarum et super facto occupationis terre eorundem fratrum nostrorum, *inter vineam Pentek et inter ecclesiam sancti Dominici situate*, et per plantationem vinee per ipsum Nicolaum, ut dicitur occupate; prout in nostro priuilegio, exinde concessso, uiderimus continentri, faciemus iudicium inter partes, sicut de ratione et de iusticia uidebitur expedire. Datum *Strigonij* feria sexta proxima post festum sancti Nicolai episcopi et Confessoris. Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> nonagesimo V<sup>o</sup>.

Az esztergomi keresztes lovagoknak 1300. évi átiratából, mely azt egyenesen Lodomér érseknek tulajdonítja. — Lad. 41. fasc. 1 N:o 6. — Eddig kiadatlan.

## 216.

1295. — III. Endre király helybenhagyja és megerősíti anyjának a 217. számban levő adománylevelét.

ANdreas de gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarieque Rex Omnibus xpi. fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presens scriptum inspecturis, salute m in domino sempiternam. Ad uniuersorum, tam presencium, quam futurorum, noticiam harum serie uolumus peruenire, Quod nobilis uir comes *Ladizlaus*, filius comitis Nicolai, ad nostram accedens presenciam, exhibuit uobis quoddam priuilegium Domine Th. karissime matris nostre, super collacione cuiusdam terre, seu possessionis *Zub* uocate, confectum; petens a nobis, ut ipsum priuilegium ratum habere et nostro dignaremur priuilegio confirmare, cuius quidem priuilegij tenor talis est — — — következik a 217. szám.

Nos igitur consideratis et eciam circumspectis meritorijs obsequijs predicti comitis Ladislai, que nobis exhibit locis et temporibus oportunis et specialiter in hoc articulo ; predictum priuilegium domine matris nostre, non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua sui parte uiciatum, de uerbo ad uerbum presentibus insertum, auctoritate nostri priuilegij duximus confirmandum, predictam terram *Zub* ipsi comiti Ladislao nichilominus auctoritate presencium denuo damus, conferimus et donamus. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras, duplicitis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus discreti uiri magistri Theodorij albensis ecclesie prepositi, aule nostre uicecancelarij dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M<sup>o</sup>. cc.<sup>o</sup> Nonagesimo quinto.

A pecsét ibolyaszínű hártyán fiuggött. — *Lad.* 36. fasc. 6. Nro 2. — Eddig kiadatlan.

## 217.

1295. Thomasina, III. Endre király anyja, gróf László, Miklós fiának érdemeit és hüsegét, melyet különösen a királynak fogsgából kiszabadításakor tanúsított, a *segusdi* pusztához tartozó *Szob* földnek adományozásával megjutalmazza.

Thomasina dei gracia mater domini Andree illustris Re-

gis Hungarie, Omnibus xpi, fidelibus, presens scriptum inspecturis, salutem in omnium salvatore. Dignum est et omni consentaneum rationi, vt uiri strenui, qui se fortune casibus pro nobis subiicere non formidant, a nostra clementia recipiant autidota premiorum. Eapropter ad uniuersorum, tam presentium, quam futurorum noticiam harum serie uolumus peruenire, Quod licet fidelitates actusque meritorij comitis Ladislai, filij Nicolai, notorij sint, nec aliquo quoquis possint exquisito colore effusciari; tamen quia modernis temporibus sic homines per exempla informantur, quaemadmodum cera impressionem imaginis recipit ex sigillo; ut fidelitatis ipsius comitis Ladislai uestigia ad posteros, qui futuris nasscentur temporibus, transmittamus; aliquos ex suis actibus, etsi non omnes uolumus in presentibus explicare. Cum enim, ut inde exordiamur, dominus Ladislaus quondam illustris Rex Hungarie ingressus fuisset uniuerso uiam carnis<sup>1)</sup> et dominus Andreas, karissimus noster filius, non armis bellicis, non insultibus uiolentis, nee aliquo quoquis humano ingenio, sed solummodo diuina fauente gracia, ipsi domino Ladislao successisset in Regni solidum, sibi debitum iure, ac ordine geniture, predictus comes Ladislaus eidem filio nostro fidelissimos exhibuit famulatus. Preterea cum Johannes filius Herrici bari prae cogitationis desideria, in secreto sui cordis concepta, foras in opus perducere non formidans, sed atrocitate orrendi criminis tam se quam suos posteros maculando, in quibus paris sceleris exempla metuntur, ipsum Regem Andream, dominum suum naturalem, captata opportunitate temporis, fidem seu fidelitatem uiolando pollicitam, captiuasset; memoratus comes Ladislaus ut Regia sublimitas posset a laqueis eripi tam inprobi detentoris, suam operam et sollicitudinem non destitit exhibere, et cum fraudulenta huius uiolenti astucia a suis laqueis celsitudinem pauessceret remittere Regiam, nisi securitate datorum obsidum muniretur; sepefatus comes Ladislaus predicto Johanni liber et spontaneus se dedit in obsidem, ut iugum detentoris orrendi Regia possyt euadere celsi-

---

<sup>1)</sup> Feltünő, hogy az anyakirályné itt nem mondja világosan, miszterint IV. László megöletett.

*tudo, nec aliter a predicto magistro Johanne idem comes Ladislaus se liberare potuit, nisi ducentis marcis, pro sua liberacione primitus persolutis; quemdam nichilominus filium suum loco sui pro obside relinquendo, vbi dictus puer propter maliciam aieris iu egrititudinem incidens, extreum diem clausit. Ad hec cum Mize, quondam palatinus, castrum Zekchu contra nostram detineret maiestatem, sepefatus comes Ladislaus in obsessione seu expugnacione dicti castri, unacum Nicolao palatino laudabiliter perstitit, donec huiusmodi negocium, bono inchoatum principio, fine fuit feliciori consummatum; et licet memoratus comes Ladislaus pro fidelibus obsequijs, pro strenuis actibus, pro suarum documentis probitatum longe maioribus munificencijs esset dignus; tamen ut uotis eius aliquantis per annuamus, quamuis pro magnis minima, pro arduis exigua facere uideamur, quandam terram nostram, Zub uocatam, ad Segusd preedium nostrum pertinentem, cum omnibus suis utilitatibus et attinencijs uniuersis dedimus, donauimus et contulimus sepefato comiti Ladislae et per eum suis heredibus, herendumque suorum successoribus, iure perpetuo pacifice possidendam et habendam. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras, duplicitis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Pauli dei gracia Episcopi Quinqueecclesiensis, aule nostre cancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno Domini M.<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> nonagesimo quinto.*

III. Endre királynak 1295. évi átiratából. — Lad. 26. fasc. 6. Nro 2.  
— Eddig kiadatlan. Ez okmány III. Endre elfogatására uj fényt vet.

## 218.

(1296.) jan. 23. hétfön. — Lodomér érsek miután János udvari tiszt a kikötött esküt letette; az esztergomi káptalanak visszaitéli a Miklós ötvös által eddig bérben birt földet.

Damus pro memoria, quod cum iuxta continenciam priorum litterarum nostrarum memorialium, tercio de octauarum epiphaniarum domini Petrus Decanus, uel Johannes Curialis comes, aut unus trium procuratorum ecclesie nostre Strigonensis contra Nicolaum aurifabrun, Ciuem Strigoniensem, Stri-

gonij in Capella nostra debuisset iuramentum deponere super eo, ut idem Nicolaus aurifaber pensionem terre eorundem fratrum nostrorum, *inter minorem Danobium et inter clausuram aque Toplica constitute*, eisdem fratribus nostris a quadriennio negligenter et contumaciter non dedisset, videlicet unciam Regalium et usualium monetarum; ipso die iuramenti adueniente, que incidit in die Dominica, licet idem Comes Johannes, presentibus magistro *Cypriano* lectore Strigoniensi et *Folkomario* Sacerdote, ipso Nicolao aurifabro astante, presencialiter in loco eiusdem iuramenti paratus esset iurare: *Nos tamen propter diei dominice sollempnitatem ipsum iuramentum ad crastinum diem duximus ex nostro officio prorogandum*; quo die postmodum coram *Dominico* Sacerdote Capellano nostro et homine ad hoc specialiter deputato, in nostra Capella iurauit modo et ordine supradictis; propter quod ipsum a iure conductionis et locacionis dicte terre decreuimus merito cecidisse et si quid iuris in hoc habebat, eciam amisisse, iuxta tenorem premissarum memorialium litterarum, continencium iudicij nostri formam. Item magister *Thomas* prepositus Strigoniensis et magister *Anyanus* notarius nomine suo et vice omnium eorumdem fratrum nostrorum Capituli Strigoniensis a crastino die depositioonis eiusdem iuramenti sex diebus continua astiterunt in termino coram nobis contra eundem Nicolaum aurifabrum, qui non uenit ad nostram presencionem, neque misit; quamquam nos post expedicionem eiusdem iuramenti super facto uerberum et uulnerum, tam uirorum, quam mulierum, iobagionum eiusdem Capituli *de villa noua circa ecclesiam sancti Dominici constituta*, et uerbalium iniuriarum, nec non super facto occupationis terre eorundem fratrum nostrorum, *inter vineam Pentek et inter eandem ecclesiam sancti Dominici existentis* et per plantacionem vinee occupate, inter easdem partes iudicium facere debuissemus; prout hoc in prioribus nostris litteris plenius et expressius continetur. Datum Strigonij septimo die termini prenotati.

Az esztergomi keresztes lovagoknak 1300. évi átiratából, mely azt egyenesen Lodomér érseknek tulajdonítja. Keltének éve a 215. számból tünik ki. — Lad. 41. fasc. 1. Nro 6. — Eddig kiadatlan. Emliti Fejér VI. I. 399. 1.

## 219.

1296. aug. 1. szerdán. — A veszprémi káptalan elismeri, hogy a Buda melletti lelkészek a tizedet és zsinatbajövést illetőleg az esztergomi érsek hatósága alá tartoznak.

Nos Capitulum Ecclesie Wesprimiensis memorie commendantes, significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, quod cum iam dudum retroactis temporibus lis et controuersia inter Reuerendum in xpo patrem et Dominum nostrum B. Episcopum et nos Capitulum ecclesie Wesprimiensis, ex una, et discretos viros, uidelicet *Paulum de Vrs, Mykounem de Sasad, Nicolaum de Chek, Johannem de Kezu, Dominicum de sancto Jacobo et Petrum de alba ecclesia, ecclesiarum plebanos, eiusdem Dyocesis Wesprimiensis*, parte ex altera, fuisse exorta et demum de nouo susscitata super iure percipiendi decimas integras et uisitacione concilij archiepiscopi Strigoniensis, eodem domino et Reuerendo patre B. episcopo, procuratore nostro, ad hoc specialiter a nobis constituto, nomine suo et nostro fuisse propositum, quod predice decime et uisitacio synodal is id (*ad helyett*) ipsum et nos de iure et lege dyocesana et iure Capituli pertineret; per predictos autem Plebanos in contrarium extitisset relatum, quod predice decime et uisitacio concilij ad ecclesiam Strigoniensem pertin eret; cum ecclesia Strigoniensis hanc prerogatiuam ex priuilegio et antiqua consuetudine prescripta habere dignoscatur, quod omnes ecclesie et Capelle Regales, seu Reginales, earumdem plebani et rectores plenas decimas in omnibus debeant percipere et habere et concilium Archiepiscopi visitare, super quo eciam priuilegium venerabilis patris domini Lodomeri Archiepiscopi sancte Strigon. ecclesie in medium produxerunt; quo quidem priuilegio viso et perfecto et auditio et intellectis, que hinc inde dicere et allegare uolebant; idem Reuerendus in xpo. pater et dominus B. Episcopus et procurator noster pre missus, iure compromissi, inibi coram Reuerendo Capitulo ecclesie Strigon., ac quibusdam prelatis, ibidem presentibus, nomine suo et nostro et ecclesie Wesprimiensis, cessit voluntarie et libere eciam renunciauit omni accioni et iuri, seu liti, quam

mouerat, seu mouere intendebat; promittens suo et nostro nomine, tactis, *interposito ligno sancte crucis*, sacro sanctis ewangelijs, affirmans firmiter et assumpmens, quod de cetero per ipsum et per nos et successores nostros eisdem plebanis super predictis decimis et uisitacione concilij nulla contencio inchoari, seu lis aliqua de iure, uel de facto debeat susscitari et si, quod absit, ausu temerario per eundem dominum Reuerendum Episcopum, seu per nos et successores nostros processu temporis eisdem Plebanis, aut eorum successoribus super predictis decimis et uisitacione concilij lis aliqua mouetur; extunc ante litis ingressum absque cum (igy) exceptione eisdem Plebanis, seu eorum successoribus ducentas marcas puri argenti soluere teneremur et ex ipso facto nichilominus reatu periurij et pondere premeremur. Nos autem fuimus per ipsos Plebanos et per litteras ipsius Capituli Strigoniensis premissi, ac quorundam prelatorum super dicta renunciacione et cessione, seu permissione, per ipsum Reuerendum patrem B. episcopum et procuratorem nostrum nomine suo et nostro, ut premittitur, facta, cum instancia requisihi, Cui quidem renunciacioni, permissioni et cessioni, sicut nec possumus, ita eciam nolumus in aliquo contraire; sed quicquid per eundem dominum B. Episcopum et procuratorem nostrum suo et nostro nomine factum est, laudamus, approbamus et promittimus sub penis predictis firmiter et in perpetuum obseruare. In cuius rei signum et memoriam, ac firmitatem perpetuam, sigillum nostrum presentibus est appositum. Actum et datum in Octauis festiuitatis beati Jacobi apostoli. Anno Domini Millesimo Ducentesimo Nonagesimo Sexto.

A pecsét hártyazsinegen függ. — Lad. 45. fasc. 1. Nro. 8. — Emili Fejér VI. II. 58. 1.

## 220.

1296. aug. 29. szerdán. — Salamon mester esztergomii kanonok tiltakozik super facto Capelle (Fejér: Ecclesiae) sue; ecclesie uidelicet sanctorum Cosme et Damyani martirum in Kuachy (Fejér: Kualy!) de Strigonio, az esztergomii keresztesek előtt Lodomér esztergomii érsek ellen, ki ellene haragra

gerjedvén, e kápolnától járó mesterjövedelmet (*redditus magistrales*) ama kápolna papjának itélte oda.

Küljén a pecsétnyom. — Lad. 24. fasc. 1. Nr. 16. — Közli Fejér VI. II. 46. I. teljesen, az 58. lapon kivonatban, a 237. lapon pedig ismét teljesen, de itt már 1299. évre tesszi keltét!

## 221.

1296. — Leszenei István meg Nyéki Mihály és Márton, *Nyék* és *Chal* helységeket határdombokkal látfák el.

Az egri káptalannak 1488. évről kelt, de ujabbkori nem hitelesített másolatáról. — Lad. 17. fasc. 3. Nr. 26. — L. Fejérnél VI. II. 30. I.

## 222.

1297. jan. 10. csütörtökön. (IV. Idus Jan.) — III. Endre király quasdam possessiones Vgrini, Stephani, Petri, Lamperti et Ladizlai, filiorum Kazmerij, Pault et Gormoth uocatas, in comitatu Huntensi existentes, pro dampnis et destruccio-nibus populorum Capituli ecclesie nostre Strigoniensis, fidelium nostrorum, que uel quas ijdem filij Kazmerij, procedendo contumaciter contra nostram maiestatem, populis ipsius ecclesie intulerunt, a megnevezettektől elveszi s az esztergomi káptalannak adományozza.

A pecsét veressárga szímen függött. — Lad. 34. fasc. 1. Nro. 3. és 4. — Közli Fejér VI. II. 58 és rövid kivonatát adja u. o. 121. I.

## 223.

1297. jan. 23. szerdán. — Lodomér érsek a Marczell esztergomi örkanonok és három lelkész közti egyezkedésről az átadandó gyertyák ügyében tanuskodik.

Nos Lodomerius miseracione Diuina Archiepiscopus Strigoniensis et Comes perpetuus Loci eiusdem memorie commen-dantes Significamus, quibus expedit, vniuersis, presencium per tenorem, Quod cum discretus vir magister *Marcellus Custo*s ecclesie nostre Strigon. contra *Ladizlaum* beatorum Cosme et Damyan, *Gregorium* beati Johannis apostoli et Ewange-liste et *Dominicum* sancti Michaelis de *Koachy* ecclesiarum presbiteros coram nobis mouisset materiam questionis, di-

cens eosdem quibusdam quantitatibus siue marcis candelarum ex antiqua consuetudine sibi sue racione Custodie teneri, et diuicius inter eos fuisset altercatum; tandem partes de amicabili compositione proborum virorum, specialiter *Jacobi Cantoris* et *quorundam aliorum* ex fratribus nostris dixerunt taliter inter se extitisse ordinatum, ut *Ladizlaus*, *Gregorius* et *Dominicus*, predictarum ecclesiarum presbiteri, uel eorum successores, in ipsis ecclesijs pro tempore constituti, amodo in posterum singuli ipsorum, annis singulis eidem *Marcello Custodi*, uel successori suo in ecclesia nostra *Strigon.*, pro tempore similiter constituto, quantitates, siue singulas quinque marcarum Candelas, sine refragacione qualibet, perpetuo, pacifice et plenarie dare et soluere tenerentur. Datum *Strigonij* in Crastino beati Wyncencij martiris, anno domini M<sup>o</sup> Ducsontesimo Nonagesimo septimo.

A pecsét hártyaszinegen függött. — *Lad.* 51. fasc. 1. Nro 21. — Ed-dig kiadatlan.

## 224.

1297. jan. 23. szerdán. — Az esztergomi káptalan bizonyítja, hogy Marczell örkanonok a három esztergomli lelkészszel az átadandó gyertyák ügyében kiegyezkedett.

Nos magister Thomas prepositus et Capitulum ecclesie Strigoniensis Significamus vniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem, Quod *Marcellus* custos ecclesie nostre *Ladizlaum* sanctorum *Cosme* et *Damyani*, *Gregorium* beati *Jo-hannis* apostoli et ewangeliste et *Dominicum* sancti *Mychaelis de Koachy* ecclesiarum sacerdotes coram magistro *Emyrico* preposito ecclesie sancti *Georgij* de *Strigonio*, archidiacono videlicet *Cathedrali*, in figuram iudicij euocando, egit contra eosdem, taliter proponendo, ut ijdem *Ladizlaus* presbiter a quatuor annis elapsis et *Gregorius*, ac *Dominicus* sacerdotes a trium annorum spacio retrolapso illas quantitates, seu marcas candelarum, quas iuxta tenorem patencium litterarum nostrarum Custodie Strigoniensi dare debebant, a tempore *Mathey* quondam Custodis Strigoniensis, prehabita conuencione, eidem *Marcello* custodi contumaciter non dedissent, eiusdem

Custodie in preiudicium detinentes. Super quo facto eum ad fundandam et probandam intencionem suam in hac parte idem Marcellus custos easdem nostras patentes litteras presentasset; ijdem sacerdotes vnam pluribus ex suis parochyanis econtrario non valentes aliquid racionabiliter respondere; causam presentem ad examen venerabilis patris domini nostri, domini Lodomerij Strigoniensis archiepiscopi perduxerunt, de qua re idem dominus archiepiscopus sentenciam eiusdem magistri Emyrici prepositi, prius latam, uisis eiusdem nostris patentibus litteris, approbauit et eidem Marcello custodi secundum suam assercionem et propositionem iu premissis adiudicauit sentencialiter iuramentum de non datis marcis earumdem Candelarum, in stallo suo in ecclesia nostra, more solito et canonico deponendum, die ad hoc specialiter assignata; ubi postmodum magistro Jacobo Cantore Strigoniensi et multis alijs ex socijs et concanonicis nostris presentibus, mediantibus et amicabiliter componentibus; inter easdem partes taliter extitit ordinatum iuramento huiusmodi propter bonum concordie relaxato, ut ijdem Ladizlaus presbiter candelas ponderis decem marcarum et Gregorius, ac Dominicus sacerdotes candelas octo marcarum, partim in festo Purificacionis beate virginis nunc uenturo, partim autem in *Carnisprivio* (*nagybőjt elején*) eidem Marcello Custodi soluere tenebuntur; incursuri nomine pene, si eosdem terminos preterirent, solutionem omnium candelarum illarum, quas de annis preteritis inuenti fuerint non dedisse, iuxta tenorem videlicet predictarum nostrorum patencium litterarum; solutis vero illis decem et octo marcarum candelis, de cetero annis singulis in perpetuum ijdem sacerdotes et eorum successores, in eisdem ecclesijs pro tempore constituti, quantitatebus, siue marcas Candelarum, in eisdem patentibus litteris contentarum, Custodie Strigoniensi, sine refragacione, perpetuo pacifice et plenarie soluere tenebuntur. Datum in crastino sancti Wyncencij martiris, anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo septimo.

A pecsét küljére volt nyomva. — Lad. 51. fasc. 1. Nro 22. — Eddig kiadatlan.

## 225.

1297. jun. 11. kedden. — III. Endre király beleegyez s megengedi, hogy az ausztriai sz. kereszti konvent *Tardoskedd* helységet *Prácsa* helységért Lodomér esztergomi érsekkel elcserélhesse.

Andreas dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarie-que Rex omnibus xpi. fidelibus presentem paginam intuentibus, salutem in omnium saluatore. Equitas suadet, ius requirit, ut quocunque ex legitimis racionibus traditur, id solidum perpetuo debeat permanere. Proinde ad vniuersorum noticiam tenore presencium, harum serie (igy) uolumus pervenire. Quod Religiosi viri Herricus et Conradus, fratres ordinis Cysterciensis ecclesie sancte Crucis de Austria, vice et nomine fratri B. abbatis et tocius Conuentus eiusdem ecclesie, cum litteris procuratorijs eorundem sufficienter instructi, coram nobis comparentes, confessi sunt, quandam possessionem monasterij sancte Crucis, *Turdaskeddi* uocatam, in comitatu Nytriensi existentem, cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijis vniuersis se deditte, tradidisse et contulisse Venerabili patri *Lodomerio* dei gracia archiepiscopo Strigoniensi, eiusdemque loci Comiti perpetuo, dilecto et fideli nostro et per eum archiepiscopatu Strigon., in concambium, seu permutacionis contractum cuiusdam possessionis ipsius Venerabilis patris, *Parachan* vocate, in comitatu Posoniensi existentis, que eisdem fratribus magis utilis uidebatur, perpetuo et irreuocabiliter possidendam; cui contractui, siue concambio, *tamquam regni dominus et patronus ecclesie*, nostrum regium prebuimus consensum et assensum. In cuius rei memoriam, perpetuamque firmitatem, ad petitionem parcium, presentes concessimus litteras, duplicitis Sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus venerabilis patris Theodorij dei gracia episcopi Jauriensis, aule nostre vicecancellarij dilecti et fidelis nostri. Anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> Nonagesimo septimo, tercio Idus Junij, Regni autem nostri anno septimo.

Igen szépen irva. A pecsét sárgaszöld selymen függött. — Lad. 49. fasc. 1. Nro 10. — Emliti Fejér VIII. V. 537. 1.

1297. jun. 24. hétfön. — Az austriai sz. kereszti konvent Lodomér érseknek cserébe adja *Tardoskedd helységet a pozsonymegyei Prácsa helységért.*

Vniuersis, quibus presentes patuerint, frater Bertoldus Abbas, totusque Conuentus Monasterij sancte Crucis, Cysterciensis ordinis, in Austria, Pathauiensis dyocesis, salutem in domino sempiternam. Ad vniuersitatis uestre noticiam peruenire uolumus presencium testimonio litterarum, Quod nos habito tractatu sollempny, ac deliberacione diligentि possessonem ecclesie nostre, *Tardoskedi* wlgariter uocatam, sitam in Strigoniensi dyocesi, cum omnibus utilitatibus, prouentibus, redditibus et pertinencijs suis, fenetis pascuis pratis, terris arabilibus, cultis et incultis et vniuersis iuribus temporibus, quoconque nomine censeantur, sub eisdem metis et terminis, quibus eandem possessionem predecessores nostri et nos possedimus ad hos dies contulimus, dedimus et tradidimus venerabili in xpo. patri domino *Lodomerio* dei gracia Archiepiscopo Strigoniensi et comiti perpetuo loci eiusdem et successoribus suis in concambium, seu permutacionem cuiusdam possessionis eiusdem ecclesie Strigoniensis, *Parachan* wlgariter nuncupatam, sitam in districtu Posoniensi, prope Posonium; inducentibus nos quibusdam consideracionibus et rationibus urgentibus, nichilominus quibusdam necessitatibus et euidentibus utilitatibus; prospicientes insuper id Monasterio nostro in posterum profuturum. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, presentes eidem venerabili patri dedimus litteras, ad maiorem huius rei certitudinem et euidentiorem cautelam Sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum apud monasterium nostrum sancte Crucis in festo beati Ihoannis baptiste. Anno domini Millesimo cc<sup>o</sup> Nonagesimo septimo.

A vereszöld selymen függő tojásdad pecsét címerében apátot ábrázol álló helyzetben, jobbjában pásztorbot, baljában könyv. Körirata ez: *Sigill. Abbatis. De Sancta Croce.* — Lad. 49. fasc. 1. Nro 9. — Kivonatát kétszer is közli Fejér VI. II. 121. lap. és VII. V. 536. lap.

## 227.

1297. jul. 13. szombaton. — Gróf Erdő, Szölgyéni Sebrid fia, a Gyulazombori nemzetsegből, Némethi helységhoz jogáról 209 márka készhez vétele után az esztergomi káptalan javára lemond az esztergom keresztes lovagok előtt.

Vniuersis, quibus presentes hostendentur, Frater Nycolaus magister domus Hospitalis sancti Regis Stephani de Strigonio et Conuentus Cruciferorum loci eiusdem, salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, Quod nobilis vir Comes Erdev, filius Sebriди de Zeuden; de dyocesi Waciensi, de genere Gyulazumbur, ad presenciam nostram accedens presentibus discretis viris magistris Jacobo Cantore ecclesie Strigon. et Anyano Canonico loci eiusdem, taliter est confessus, vt ipse Comes Erdev pretextu cuiusdam terre, ville, sive possessio-  
nis, Nempty uocate, existentis in Comitatu Huntensi, contra honorabiles viros prepositum et Capitulum eiusdem Ecclesie Strigon. coram Illustri principe domino Andrea tercio, dei gracia Inclito Rege Hungarie, nunc regnante, mouerat matteriam questionis, predictam possessionem Nempty nuncupata-  
tam, quam apud predictos prepositum et Capitulum Strigon. Ecclesie comperit et inuenit, et quam pro debito, seu quanti-  
tate ducentarum marcarum per dominum Ladizlaum tertium, olim Illustrem Regem Hungarie, sibi obligatam fuisse dice-  
bat, nomine pignoris et non proprie possessionis intendens repetere et requirere, ordine iudicij ab eisdem racione ipsarum ducentarum marcarum; super quo facto intentionem suam cum priuilegio eiusdem domini Regis Ladislai paratus fuerat eciam comprobare. Verum cum in hac causa inter ipsas partes processum fuisse et diutissime altercatum; tan-  
dem idem Comes Erdev uisis priuilegijs Regalibus, eidem Strigon. Ecclesie super collacione predicte possessionis olim tra-  
ditis et confectis, per modum compositionis et pacis, predictarum ducentarum marcarum satisfaccione rehabita et recepta ad plenum a preposito et Capitulo Strigoniensis Ecclesie sepedi-  
cte, huiusmodi liti cedens et questioni sue renuncians, de sua spontanea et libera uoluntate prenotatam possessionem

Nempty appellatam, una cum suis utilitatibus et pertinencijs vniuersis eidem preposito et Capitulo Strigon. Ecclesie, ab hac impetione sua liberatam et legaliter absolutam, permisit et reliquit iure perpetuo pacifice et plenarie, necnon inreuocabiliter et inretractabiliter habendam, tenendam et immobiliter possidendam, tam sibi, quam suis heredibus et posteris amputans de cetero super facto eiusdem possessionis materiam amplius procedendi, uel aliquod ius, aut occasionem in ipsa possessione, uel suis utilitatibus ullo unquam tempore uendicandi; Ita, ut in huiusmodi permissionis, cessionis et satisfaccionis fidem credulam et in maioris certitudinis argumentum, priuilegium eiusdem domini Regis Ladizlay prefatis magistris Jacobo Cantori et Anyano, nomine et uice dominorum et sociorum suorum prepositi et Capituli sepedicte Strigon. Ecclesie recipientibus, restituit, reddidit et coram nobis manualiter assignauit, ipsam Strigon. Ecclesiam, *sacrosanctam matrem suam*, contra suam conscientiam nolens in hac sua iusticia ulterius impetere, uel turbare. In cuius rey firmitatem et memoriam sempiternam presentes litteras, ad petitionem et instanciam eiusdem Comitis Erdev, preposito et Capitulo Strigon. Ecclesie memorate sigilli nostri appensione dedimus communitas. Datum anno domini Millesimo Ducentessimo nonagesimo Septimo, Tercio ydus Julij.

A pecséttöredék zöldveres selymen függ. — Lad. 18. fasc. 2. Nro 4.  
— Emliti Fejér VI. II. 121. lap.

## 228.

1297. aug. 20. kedden. — A sághi konvent átirja IV. Bélának a 92. számban levő okmányát.

Nos *Ladislaus* prepositus et Conuentus fratrum ordinis premonstratensis de Saag Vniuersis christi fidelibus, tam presentibus, quam futuris, presentes litteras nostras inspecturis, salutem in omnium saluatorem. Ad vniuersorum noticiam tenore presencium uolumus peruenire, Quod Nobilis Domina Relicta *Bensa* filij Petri, Nunc Consors Comitis Pauli Cazari, nomine Clara, vnam infantulo suo, Nomine Petro, *Sebe* filio fabiani et *Mykws* filio *Myxe*, cognatis suis, ad nostram accedentes presenciam Exhibuerunt Nobis Priuilegium Bele Regis, felicis recordaci-

onis, petentes cum debita instancia, vt tenorem eiusdem **Ad Exemplar de uerbo ad uerbum rescribi faceremus.** Nos itaque iustis et legitimis petitionibus prefate Domine et cognatorum suorum predictorum inclinati, Et quia ipsum priuilegium vidimus et recepimus non abrasum, non abolitum, non cancellatum, neque in aliqua sui parte uiciatum; Tenorem eiusdem se-riatim de uerbo ad uerbum inseri facientes (igy) Cuius quidem tenor talis est :

Következik a 92. szám.

Preterea totam continenciam tenoris et formam memoriati priuilegij in hoc rescriptum et exemplar notari fecimus sicut superius expressum est et eisdem presentes concessimus, Sigilli nostri munimine consignantes. Datum in festo *Sancti Regis Stephani* Anno domini Millesimo Ducentesimo Nona-gesimo Septimo.

Gróf Ujlaky Lőrincz országbirónak 1520. évi átiratából. — Lad. 19. fasc. 4. Nro 4. — Eddig kiadatlan.

## 229.

1299. marcz. 25. szerdán. — Az esztergomi városhatóság bizonyítja, hogy Kövér Tamás kereskedő elzálogított házait a zálogösszeg fejében végkép átengedte az esztergom káptalannak.

*Comes Stephanus iudex, Comes Philipus, Gyletus, Pascua, Gerletus, Walterius, Frankyrius, Gyletus mercator, Geyan filius Mauricij, Petrus filius Gekmerii, Ladislaus paruuus, Nicolaus filius Rubini et Dominicus filius Cheen iurati, Ceterique Ciues de Strigonio, Omnibus xpi. fidelibus, presentibus pariter et futuris, presens nostrum priuilegium inspecturis salutem in salutis largitore. Ad uniuersorum noticiam harum serie uolumus peruenire, Quod quia Thomas pinquis, mercator venetensis, dilectus socius et amicus noster specialis, iuxta continenciam aliarum litterarum nostrarum a honorabili Capitulo Strigon. ecclesie quasdam domos suas et Camerae infra nominandas; videlicet vnam iuxta uicum, de uico latinorum ducentem ad sanctum Nicolaum, et aliam cum dominibus et Curia iuxta alium uicum de eadem contrata latinorum adiacentem ad uicum sancti Martini ad partem septemtrionis. Item quoddam pallacium suum iuxta locum fori in terra eius-*

dem Capituli ab eadem parte Septemtrionis, cum Curia et edificijs in eadem habitis, cuius quidem pallacij et Curie longitudo facit triginta sex mensuras cubiti, vulgariter *Reyf* dicti, latitudo uero viginti tres. Item quoddam pallacium suum iuxta *paruum danobium* circa Curiam domine *Mariga*, pro ducentis et quindecim marcis in pignoratas, seu in pignorata nostris litteris mediantibus, ut premisimus, reddimere non potuit, neque valuit pluribus terminis et inducijs, ad nostram supplicationem per idem Capitulum eidem assignatis; Ideo dedit idem Thomas cum *Nykolat* filio suo et *Gegmerio* consobrino suo, absque omni impedimento, de permissione omnium vicinorum earumdem domorum et curiarum, cum omnibus fructibus et utilitatibus earumdem, secundum libertatem nostre Ciuitatis, iure perpetuo coram nobis pro dicta pecunie quantitate eidem Capitulo possidenda, tenenda et habenda, ipsum Thomam et suos posteros in vineis eorum pacifice reliquerunt permansuros. In Cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem ad petitionem partium presentes concessimus iteras, sigilli nostri munimine roboratas. Datum et actum anno ab incarnatione domini Millesimo ducentesimo nonagesimo IX<sup>o</sup>., in festo annunciaconis beate virginis gloriose.

A veres selymen függő kettős pecsét törédeke egyik oldalon tornyokat másikon háromszögű vörben 4 pólát ábrázol: körirata letöredezett; rajzát hiven közli Baranyai Disquisitio Cittis. Strig. — Lad. 25. fasc. 1. Nro 9. — Eddig kiadatlan.

### 230.

1299. máj. 8. pénteken. — János, Eliás fia fehéregyházi és tikusi részbirtokait 20 márka denáron eladja Pál és Adorján nevű rokonainak a sümegi konvent előtt.

Conuentus monasterij sancti Egidij de Symigio omnibus xpi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presentes litteras inspecturis, salutem in omnium saluatore. Ad uniuersorum noticiam tenore presencium volumus peruenire, Quod Johannes filius Elie de feyrighaz, ab una parte, Paulus filius Andree et Adrianus filius Stephani de eadem, ex altera, coram nobis personaliter constiuti, Idem Johannes confessus est viua uoce, ut totam porcionem suam, in terra seu in pos-

sessione in *feyrighaz* et in *Tykus* existentem, a cognatis suis in diuisione ipsum contingentem, metis antiquis et terminis separatam, prout partes asseruerunt, cum omnibus utilitatibus suis et pertinencijs uendidisset Paulo et Adriano, predictis cognatis suis, pro viginti marcis, plene receptis, sicut dixit, ab eisdem in denarijs, eis et eorum heredibus, heredumque suorum successoribus perpetuo et irreuocabiliter possidendum. In cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem, ad peticionem parcium, presentes eisdem concessimus litteras, sigilli nostri munimine communitas. Datum in quindenit sancti Georgij martiris, anno domini M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> nonagesimo nono. Viro Religioso fratre Paulo abbate prelato nostro, Abraham decano, Blasio Custode, Nycolao Cantore, Mychaele Celerario, ceterisque fratribus, ibidem existentibus.

A pecsét hártyaszinegen függött. — Lad. 26. fasc. 6. Nro 3. Eddig kiadatlan.

### 231.

1300. jan. 22. pénteken. — Az esztergomi keresztes lovagok konventje átirja és megerősíti a 237. 183. 215. 218. számokat.

Nos Conuentus Cruciferorum domus Hospitalis ecclesie sancti Regis Stephani de Strigonio memorie commendantes, significamus vniuersis, quibus expedit presencium per tenorem, Quod discreti viri magistri uidelicet *Johannes Decanus* ecclesie Strigoniensis et *Andreas* quondam decanus eiusdem ecclesie, vice et nomine discretorum virorum magistri *Thome* prepositi et Capituli ipsius ecclesie Strigoniensis, dominorum suorum, ad nostram accedentes presenciam, quatuor paria litterarum Wenerabilis patris domini *Lodomerij* archiepiscopi eiusdem ecclesie Strigoniensis, bone memorie, sub uero et certo sigillo ipsius, quarum quidem due sunt et existunt sub pendenti sigillo, et due memoriales, nobis exhibuerunt sub hac forma: — — Következik a fenmegnevezett négy okmány. — —

Pecieruut itaque ijdem magistri *Johannes Decanus* et *Andreas* pro se et pro predictis discretis uiris mágistro Th.

preposito et capitulo Strigoniensi, dominis suis, quod quia predicta quatuor paria litterarum propter discrimina uiarum et *maliciam temporis in pacati* secum portare formidarent et tempore oportuno, seu ubique locorum exhibere; nostris litteris inseri et transscribi de uerbo ad uerbum faceremus, quod et fecimus, mediante iusticia annuentes. Datum In festo Wynencii martiris, anno domini M<sup>o</sup> ccc<sup>0</sup>.

A pecsét hártyzásinegen függött. — Lad. 41. fasc. 1. Nr. 6. — Eddig kiadatlan. — Küljén ezen, régi kéztől írt, szavak: *Littere super terram circa ecclesiam sancti Dominici iuxta vineas, (kissé későbbi kéz hozzá adta:) que ecclesia est fratrum predicatorum extra civitatem.*

## 232.

1300. szept. 8. csütörtökön. — III. Endre király a zavargós idők iránti tekintetből az esztergomi káptalan javára átirja és megerősíti a 190. számot.

Andreas dei gracia H. D. Cr. R. S. G. L. C. Bulgarieque Rex Omnibus xpi. fidelibus salutem in domino sempiternam. Ad vniuersorum noticiam tam prasencium, quam futurorum Harum serie uolumus peruenire, Quod discreti viri, *Thomas* uidelicet prepositus, totumque Capitulum ecclesie Strigonensis ad nostre celsitudinis accedentes presenciam, exhibuerunt nobis priuilegium ipsorum, super facto telonij, seu tributi Strigoniensis confectum, et quod propter presentem discordiam, in qua Regnum Hungarie per factum intidelium Baronum inuoluitur, in fluctuationibusque eiusdem Regni diuersis turbacionibus ecclesie per cellentur, et propter hoc si non impossibile; tamen difficile sit huiusmodi instrumenta, seu priuilegia ad frequentes questiones, que aduersus ecclesiam mouentur, tute et sine periculo exhiberi; pro eo ijdem prepositus et Capitulum nobis humiliter suplicarunt, petentesque a nobis cum instancia, ut id, quod de benignitate Regia processit et priuilegialibus litteris confirmatum extitit; de eadem nostra benignitate Regia, ad cautelam maiorem et ecclesie statum tuciorem, illud idem priuilegium dignaremur dupli-

care. Cuius quidem priuilegij tenor talis est: — — Következik a 190. szám:

Nos itaque ad instanciam et petitionem legitimam et condignam virorum discretorum nostrorum fidelium et predilectorum, Thome uidelicet prepositi et Capituli Strigoniensis prefatorum, fauorabiliter inclinati; ipsum priuilegium, non abrasum, non cancellatum, nec abolitum, nec uiciatum, nec in aliqua sui parte diminutum, de uerbo ad uerbum rescribi faciendo, fecimus presentibus duplicari, nostrique sigilli duplicitis munimine presens scriptum communiri. Datum per manus magistri Stephani archidiaconi albensis Transsiluanie, aule nostre Vicecancellarij, dilecti et fidelis nostri. Anno domini M<sup>o</sup> ccc<sup>0</sup>; sexto ydus septembris, Regni autem nostri anno Vnde decimo.

A pecsét sárgazöldkék selymen függött. — Lad. 41. fasc. 3. Nr. 8. — Eddig kiadatlan.

### 233.

1300. szept. 8. csütörtökön. — III. Endre király a zavargós idők és utak bátortalansága miatt hiteles párból ujra kiadja a 209. számot, vagyis priuilegium ipsorum super facto libertatis populorum suorum confectum.

Szóról szóra egyez a 232. számmal. — Szakadozott és vizfoltos hártyán. A pecsét sárgazöldkék selymen függött. — Lad. 47. fasc. 4. Nr. 7. — Eddig kiadatlan.

### 234.

... Jul. 13. — István király sz. Benedeken levén, meghagyja Dénes barsi főispánynak, hogy e szentbenedeki zárdát a Bars helységben a Garanon levő malom birtokában ne háborgassa.

Stephanus dei gracia Rex Hungarie, fidi suu Dyonisio comiti Borsiensi salutem et graciam. Cum vnum situm curie in villa Bors et molendinum quatuor rotarum super fluuio Goron, in curia eadem constitutum; iuxta continenciam litterarum Domini Regis, karissimi patris nostri, et eciam litterarum Capituli Nitriensis, reliquerimus monasterio beati Benedicti in Goron perpetuo possidere, nostro id nichilominus priuilegio confirmando; Mandamus fidelitati tue per presentes

et requirimus diligenter, quatenus abbatem et fratres ipsius monasterij occasione molendini predicti vterius non molestes; sed precise precipimus, quod restituas eisdem, difficultate quilibet non obstante. Datum apud sanctum Benedictum infesto beate virginis Margarete.

Apró hártyára irva. A rányomva volt pecsétnek csak nyoma látszik.—  
Lad. 1. fase. 8. Nr. 22. — Ez okmány, az írás külalakja után itélve, valószínűleg V. Istvántól kelt s uly látszik még kiadatlan.

## 235.

(Kelet nélkül.) — Tamás a kunok püspöke jelenti az esztergomi káptalannak, hogy az esztergomi polgárok és egyház között a békét helyreállítá.

Reuerendis in xpo. patribus et dominis Capituli Strigon. Th. cumanorum humili minister salutem et sincere fidelitatis obsequium. Nouerit discrecio uestra, nos unacum Hectore comite et Thoma magistro pro reformacione pacis inter ciues Strigonienses fideliter laborasse et discordantes per dei graciā ad concordiam reduxisse; forma uero pacis talis est: quod omnes ciues Strigon. fideles erunt, sicut hactenus, archiepiscopo et ecclesie Strigon., nec aliquid in preiudicium honoris debitj attemptabunt; Veteres consuetudines ville obseruabunt, nouas uero si quas constituerint, nullius ualoris erunt; nisi accedente communi consilio, per consensum regis fuerint approbate et utiles communitatj ville. Et hanc formam pacis, quam de precepto regis fecimus, postmodum factam eidem recitauimus. Praeterea noueritis, quod aliter pax fieri non poterat; nisi nos nnacum Hectore comite fide data promitteremus, *interdictum relaxari, introitu ecclesie, his qui interdicti fuerant, restituto.* Vnde petimus, ne in hac parte uos difficiles reddatis et nobis mendacj macula possit aliquatenus irrogari.

A pecsét hártyazzinegen függött. — Lad. 47. fasc. 1. Nr. 5. — Fejér, lk ez okmányt V. II. 144. l. röviden említi, Pray után 1273. évre teszi keltét. Ugyan Fejér V. III. 192. l. pedig ugyanez okmányt közli, de itt már 1283. évre teszi keltét; megjegyezvén, hogy „in margine signatus est 1283 “ Én ez évfeljegyzésnek az okmányon semmi nyomát sem látom.

## 236.

. . . . . Nehány selmeczbányai lakos kötelezi magát a sz. benedeki zárdának a *Nade* és *Widercz* helységektől földadó megfizetésére.

*Nos Tirmannus filius arnoldi et Nicolaus et Jwanus filij Saas et Leupoldus et societas ipsius in Scebnizbana Damus pro memoria vniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem, quod pari consilio, fide nostra promittimus mediante, quod annualem censem nostrum, quem abbatii et Conuentui monasterij sancti Benedicti super Gronam persoluere tenemur pro terragio uille Nade et Widercz, in festo sancti Michaelis archangeli persoluemus, dilacione et occasione qualibet relegata; quod si neglexerimus, duplum ipsius census die postero persoluemus.*

Az okmány küljén a rå nyomva volt pecsétnek nyoma. — Lad. 40. fasc. 1. Nr. 2. — Az évszám nincs kiirva. Lehet a 13. század végnegyedéből.

## 237.

1289. máj. 8. vasárnap. — Lodomér érsek az esztergomi káptalannak Miklós ötvös által az esztergomi határban elfoglalt s szőlökerrté átültetett földjét a káptalannak oda ítéli.

*Nos Lodomerius miseracione diuina Strigoniensis archieppus et comes loci eiusdem Significamus vniuersis, quibus expedit, presencium per tenorem, Quod discreti viri magister Paulus doctor legum prepositus et Capitulum ecclesie nostre Strigon., karissimi in domino fratres nostri, Nycolaum aurifabrum ciuem Strigoniensem facientes uocari nostri iudicij ad examen, egerunt contra eundem coram nobis in figura iudicij, taliter proponendo, quod idem Nycolaus aurifaber quandam porcionem terre eorumdem fratrum nostrorum, sitam retro ecclesiam sancti Dominici confessoris; videlicet ab angulo indaginis et fossati vinee Ibrahun incipiendo, quam nunc habet Gerardus filius comitis Hermanni ciuis Strigon., prout gibratur et ascenditur et uenitur iuxta veteres et antiquos terminos vinee Pentuk, quandam Jobagionis eorumdem fratrum nostrorum, existentis ibidem, quam idem Nycolaus olim sibi dicitur empacionis titulo comparasse, facta quadam reflexione per mo-*

dum arcus et peruenitur ad fines aliarum terrarum eorumdem fratrum nostrorum in vicinitate maioris vinee ipsius Nycolai absque sciencia, noticia et licencia eorumdem fratrum nostrorum, auctoritate propria, per violenciam occupasset et super eadem terra occupata vineam pro se ipso de nouo plantasset; verum cum idem Nycolaus aurifaber super premissis ei objectis negatiue in eadem instancia respondisset, nos super omnibus et singulis premissorum cerciorari et edoceri melius cupientes; discretos viros seniores ex fratribus nostris, videlicet magistrum *Cyprianum* lectorem et *Marcellum* custodem ecclesie nostre Strigon. et *fulkumarium* sacerdotem, ac alias de Capitulo Strigon., necnon honestos viros comitem *Elkynum* Judicem Ciuitatis Strigon. et alias quamplures ciuitatis eiusdem ex ciuibus seniores, super faciem eiusdem terre occupate duximus transmittendos; ita ut ipsi predictam terram occupatam fide inspicerent oculata et nobis de eadem recitarent omnimodam ueritatem. Qui quidem fratres nostri et ciues, primum super eandem terram occupatam personaliter accedentes et circumspicientes eandem et postmodum ad nos reuersi, se vidisse per certitudinem sunt confessi, quod eandem terram, retro ecclesiam sancti Dominici constitutam, idem Nycolaus occupasset, eiusdem terre occupate circumstacias et situm asserentes se nunc et antea cognouisse; prout in lite fuerat propositum et pariter allegatum et subiectum fuerat uisui eorumdem. Tandem cum ex relacionibus eorumdem fratrum nostrorum et ciuium nobis plena fides facta fuisset et declarata extitisset omnis ueritas in premissis; nos decreuimus, sentenci aliter statuentes, vt postquam predicta vinea terre occupate per ipsum Nycolauum aurifabrum vyndempniata fuerit isto anno; terra eorumdem fratrum nostrorum, per ipsum Nycolauum, sicut iam patuit, sub eandem vineam occupata, simul cum sua vinea, preter vineam Pentuk, specialiter cum quadam magna arbore nucum in eadem terra constituta, ipsis fratribus nostris sine strepitu alterius alicuius litis, ex parte eiusdem Nycolai restituatur et reddatur simpliciter et de plano. Super cuius quidem terre facto nos, edocente iurisordine, eidem Nycolao perpetuum silencium duximus imponendum In cuius rey

memoriam et perpetuam firmitatem, presentes litteras Sigilli nostri appensione dari fecimus communitas. Datum *Strigonij* anno domini M<sup>0</sup>cc<sup>0</sup>Lxxx nono, in quindenit sancti Georgij martiris.

A pecsét hártyazsinegen függött. — Lad. 24. fasc. 1. Nr. 17. — Hibás kivonatát adja Fejér. V. III. 484. l. — Küljére 15-ik századi kéztől e szavak írvák : *Super terra prope sanctum Dominicum ante sanctam annam.*

---

